

rit vacationem veram, quæ est de jure, & de facto. Secundo, etsi crimen hæresis inducat vacationem beneficii ipso jure, cap. *Quo in re*, junctâ glof. & diff. ubi Prepositus tamen detentator nō potest de possessione expelli, nisi præcedente declaratoria super facto. cap. *Cum secundum*, ubi dicitur de hæret. lib. 6. generaliter enim qui à principio titulum habuit: licet per penam juris privatus sit, ita ut beneficiū alteri conferri possit, tamen remanet possessor, & propter id possessione privari non potest, nisi causa cognita, & vocatus: ita singulariter Jo. Andr. in reg. Mora. n. 15. *versum est quod qui à principio, de regul. iur. lib. 6.* quam obrem literæ dimissoriae ante declarationem criminis ab ipso Episcopo hæretico, & non ab alio videntur petendæ.

22. Breviter distinguo, aut de hæresi Episcopi notorie constat, aut non: si non constat, negativa videntur: si constat, videtur dicendum ad Capitulum pertinere dare has dimissorias tam de jure, ut à tortorij probat text. in cap. *Cum nullus*, §. Episcopo autem in remotis agens, de tempor. ordinat. lib. 6. quam ex decreto d. cap. 13. sess. 7. etenim Capituli potestas sede vacante verificatur ne du in vera vacatione, sed etiam in ficta, cap. 3. de suppl. neg. lib. 6. juncto cap. 13. cuius de elect. eod. lib. & in specie quando Episcopus est hæreticus, exemplificat Florent. in summ. tit. *Nesed. vacant. vers. Quis modus*: vel certe quatenus potestas Capituli sede vacante non verificatur in vacatione ficta, seu interpretativa, quod verus est, ut scripsi in c. *Quia diversitate*, nu. 1. usque in fin. supra, de concess. præben. tamen propter hæresim notoriam Prælati sedes non vacat interpretative, sed verè, ut probavi in cap. *Ad abolentiam*, n. 28. usque ad num. 44. supra eod. ac proinde potestas ad Capitulum devolvitur, cap. *Hic quæ*, & cap. *Cum olim supra de maior & obed.* & dixi in dicto cap. *Quia diversitate*, n. 24. & 34.

Ad contraria respondetur ut infra, videlicet ad primū: ideo in correctorij strictam fieri interpretationem, ut minus corrigatur jus commune, in casu nostro ex lata interpretatione jus commune nullatenus corrigitur: ergo verba non stricta, sed largè sunt interpretanda, l. *Si unus*, §. *Patris*, in fin. & ibi Jason n. 6. ff. de pact. imò admittitur etiã extensio, ut ibidem Jason præterquam quod hæc est passiva interpretatio: ideoque vacationis verbum accipi debet in ea significatione, qua accipitur in jure. l. *Iuris gentium*, §. *Si pauper*, ff. de pactis, junctâ l. *Transigere*, ubi glof. *Magna*, C. de transf. ad glof. *Bare. & DD.* in l. *Sciendum*, ff. *Qui satis dare cogantur*.

24. Ad secundum respondetur illud nō procedere in notorij, in quibus nec requiritur de necessitate declaratoris: imò iudex ad quem spectat potest sine ea procedere ad expeditionem, ut ex comuni notat Bossius in pract. crim. tit. *Quando procedendum sit in crimine notorio*, n. 6. cum seq.

25. Quoad secundum articulum, cum dicta facultas competat non singulis de Capitulo, sed Capitulo ipsi unum corpus representanti, a. & l. *Sicut ff. Quod cuique univers. nomi.* utique nulli licebit dictas literas concedere, nisi Capituli corpus representent, & in ipso jus Capituli resideat: licet autem si in ipso resideat, seu ipse Capitulum representent etiam si sit unus solus, d. l. *Sicut*, §. 1. ubi glof. & glof. pen. in cap. *Gratum*, ubi Abb. num. 9. de postul. Prælat. & inde inferitur, ut si unus tantum

addit Canonicus residens, is solus nomine Capituli dictas dimissorias concedere possit: at si in plures unus solus non poterit, nisi omnes, xel maior pars residentium concurrat capitulariter.

27. Quod si nullus resideat, sed omnes sint absentes, non videtur cuiquam licere dimissorias concedere, quia de absentibus quoad auctus capitulares regulariter nulla habet ratio, & perinde est ac si non essent, ex ijs quæ tradit Abb. post glof. in cap. *Cum inter univers. s. n. 8. de elect. & ex Regula quod paria sunt non esse, & non apparere*, l. *Rutilia Polla*, ff. de contrab. empt. Ex quibus ad secundam quæstionem quoad primam illius partem videtur respondendum ad solos residentes Canonicos spectare dictas dimissorias capitulariter concedere.

28. Quo verò ad secundam, cum nullo jure reperitur cautum, ut dicta potestas vacante sede Episcopali, & Capitularibus Canonicis nisi quæ apparentibus devolvatur ad alios Prælatos: hoc à nobis temerè non videtur asserendum, argum. cap. *Consultus*, 2. qu. 3. sed potius dicendum est dictum jus conservari apud ipsammet Ecclesiam, ex Ab. in d. cap. *Gratum*, nu. 22. de postul. Prælat. & eodem modo respondetur ad tertiam eiusdem quæstionis partem, videlicet hæc facultatem ad Archiepiscopum non devolvi, d. cap. *Si Episcopus*, de suppl. neg. Prælat. lib. 6. ubi glof. quedam in verb. *Archiepiscopus*, asserendo rationem prædictæ conclusionis ait, (ideo dictam facultatem ad Archiepiscopum non transire, quia hoc jure cautum nō reperitur:) generaliter nostram confirmat sententiam, quæ eodem modo confirmatur per cap. 1. de suppl. negl. Prælat. eod. lib. ubi, cum id non reperitur à iure concessum.

29. Ad tertiam quæstionem pro affirmativa facit, quod cum subditi per hæresim Prælati liberentur ab illius obedientia: & alij, in quibus eidem obstricti erant, ut in hoc cap. *Liberi* autem à jurisdictione, seu subjectione hui Episcopi possint quoad es, quæ sunt voluntarie jurisdictionis, alteri Episcopo se subdere, ut de exemptis, quæ ad Ordines suscipiendos notat Archid. in cap. 3. col. fin. de temp. ordin. lib. 6. sequitur, ut prædicti tamquam liberi possint à quocumque Catholico Anulite ordines accipere.

31. Secundò, canon, seu lex cum debeat esse possibilis, c. *Erit autem lex*, 4. diff. non vendicat sibi locum in casu, in quo non potest observari. l. 4. §. *Toties ff. de dam. infect.* unde Abb. conf. 2. fol. 2. col. 3. post n. 2. concludit Canonem annullantem electionem factam per serutinium non decretum, non procedere in illo Monasterio, ubi non reperitur nisi duo Monachi: sed hoc casu non potest observari Canon prohibens ne quis ab alieno sine dimissorijs proprii Prælati ordinetur. Ergo, &c.

Tertiò, Ratio quare statutum fuerit, ne quis ab alieno Episcopo ordinetur fuit ut evitaretur discordia inter Episcopos, arg. cap. *Junctâ glof. prima*, & cap. *Primatus*, 71. diff. quæ cum esset in casu nostro, sequitur, ut esset etiam dispositio ex regula. *Ad regere*, §. *Quoniam*, ff. de interpretat. & cap. *Cum cessante*, de appellat.

33. Negativa ppinio tutior videtur, nam cum Canones ubique statuunt ne quis cum, qui sibi subditus non sit, orninare præsumat, cap. 2. & ibi glof. in verb. *Aliena*, de tempor. ordinat. & quæstio 24. per totum: sed ut quisque debeat à proprio Episcopo

scopo ordinati, cap. 3. sess. 23. Trid. Conc. nec à dicta regula videtur recedendum hoc casu, cum in jure non reperitur exceptus, glof. 1. in cap. *Inter hæc*, in fin. 32. qu. 2. & notatur in l. 1. ff. de reg. iuris, confirmatur per argumentum à speciali text. in cap. 2. de temp. ordin. lib. 6. junctâ glof. cap. 1. in verb. *Culpis*, ff. de suppl. negl. Prælat. lib. 6. quæ notat speciale esse, ut in d. cap. 1. in poenam delicti Episcopi proprii liceat sine illius dimissorijs à vicinis Episcopis ordines suscipere, idq. ideo ibi licere, quia sic expresse conceditur in casu nostro hoc non reperitur expresse concessum: ergo videtur dicendum prædictas personas debere à Sede Apostolica remedium expolere, ut videtur in simili ferè casu observatum in cap. *Fraternitas*, 71. diff.

42. Ad contraria autem videtur sic respondendum, videlicet ad primum, esto Episcopus ipso jure sit sua jurisdictione privatus, possitque propter delicti notorietatem ab alio iudice sine alia citatione, & declaratione sua possessione, idq. de detentione spoliari: non tamen inde sequitur ut subditi, qui sunt privata persona, ipsimet possint nulla præcedente declaratoria de facto se ipsos eximere ab illius obedientia, ut satis colligitur ex Abb. in cap. *Acceptus*, n. 6. de restit. spoliat.

Præterea in casu nostro potestas prædicta ab Episcopo transit in Capitulum, ut supra dictum est: quod si Capitulum nusquam appareat, non tamen ob id ipsi subditi efficiuntur liberi, seu exempti, sed dictum jus conservatur, & retinetur ab ipsemet Ecclesia, secundum Abb. in d. c. *Gratum*, n. 12. de postul. Prælat. licet secus videatur esse in Collegijs secularibus.

Ad secundum negatur similitudo: nam in casu nostro subditi non coguntur ordines suscipere, & quatenus in aliquo casu cogentur, tamen ob dicta impedimenta excusantur, ad notata in cap. *Commissa*, de elect. lib. 6. possuntque si subditi pro remedio ad Sed. Apost. vel illius in dictis partibus Legatum recurrere.

Ad tertium, illa ratio non videtur tam causa finalis, quam impulsiva: unde argumentum non urget, ad notata in l. 1. §. *Sapè*, ff. de postulando Sacre Congregationis responsa ad supra scripta, dubia habes in c. *Hic quæ*, n. 22. supra, de maior. & obedient.

De Schismaticis, & ordinatis ab eis.

Cap. Quod a prædecessore

S Y M M A R I U M

- 1 Schismaticorum gesta iuribus carent, etiamsi gerantur prætextu publicis officij, & n. 131.
- 2 Ordinationes à schismaticis factæ irritæ sunt quoad executionem tantum, non autem quoad impressionem characteris, & n. 27. & seq.
- 3 Character Ordinis non convertitur per ministrum, sed imprimatur in anima immediate à Christo, & n. 31. & seq.
- 4 Ordinatis forma Ecclesiæ non serrata character non imprimatur.
- 5 Ordinationes factæ ab eis, qui à schismatico ordines susceperunt, executionem non conferunt.
- 6 Schismatici qui sint ipso iure excommunicati, vel potius excommunicandi, usque ad n. 25.

- 7 Schismatici quot modis accipiantur.
- 8 Excommunicati largè dicuntur schismatici.
- 9 Schismatici proprie qui dicantur, & n. seqq.
- 10 Schisma unde dicatur.
- 11 Schisma quid sit, & n. 24.
- 12 Unitas Ecclesiæ in quibus consistat.
- 13 Græci, qui ab unitate Ecclesiæ Romane recedunt, sunt ipso iure excommunicati.
- 14 Hæretici dicuntur, qui extollunt se contra Romanam Ecclesiam, & hi, qui principales sunt, hæresiarcha.
- 15 Episcopi in consecratione non solum hæresim, sed etiam schisma anathematizant.
- 16 Græci schismatici nostri temporis sunt formaliter hæretici.
- 17 Hæresis est error in fide cum pertinacia.
- 18 Schismatici sine hæresi qui dicantur.
- 19 Schismaticus, & hæreticus est qui duos Summos Pontifices simul crederet veros.
- 20 Hæreticus unicus est schismaticus, sed non e converso.
- 21 Schisma nullum est, nisi sibi aliquam hæresim coniungat, ut rectè ab Ecclesia recessisse videatur.
- 22 Antipapa dicitur hæresiarcha.
- 23 Schismatici omnes proprie sumpti hodie sunt vinculo excommunicationis innodati.
- 24 Inobedientia est offensiva qualibet, aut rebellio contra Papam, & Sedem Apostolicam, sunt casus Sedis Apostolicæ reservati in Extrav. Pauli 11. & Sixti IV.
- Rebellis quis dicatur, ibidem.
- 25 Beneficiorum collationes à schismaticis factæ sunt ipso iure nullæ.
- 26 Matrimonia in Russia à Catholicis contracta coram parochis Ruthenis an sint irrita, necne. & n. seq. usque in fin.
- 27 Vulgæ Ruthenorum an sint veri Episcopi.
- 28 Sacramentum potest trahi separatim, sicut potest habere separatim.
- 29 Ordinatio facta in forma Ecclesiæ ab Episcopo etiam hæretico, seu schismatico, sive anathematizato, sive ordinationem receperit in Ecclesiâ, sive extra, habenda est rata quoad veritatem ordinis.
- 30 Intellectus cap. Novatianus, 7. q. 1.
- 31 Potestas spiritalis duplex, sacramentalis, & iurisdictionalis.
- 32 Altare semel consecratum non consecratur iterum, nisi fuerit dissipatum.
- 33 Episcopi schismatici nec possunt excommunicare, nec absolvere, nec indulgentias concedere, ac si fecerint, nihil est actum.
- 34 Intellectus cap. Didicimus, & cap. Pendenda, q. 1.
- 35 Ordinatis ab Episcopo schismatico etiam ignoranter executionem non recipiunt.
- 36 Excommunicati omnes etiam non denunciati ante Concilium Constantiense dicebantur non tolerari.
- 37 Hæretici, vel schismatici de iure communi nullam ordinum executionem, vel iurisdictionem habent, & n. seq.
- 38 Institutio authoritabilis est de lege iurisdictionis.
- 39 Constantiensis Concilij Constitutio, Ad evitanda, recipienda est ut canonica, & perpetua, & n. seqq.
- 40 Excommunicati denunciati damnantur, aut notorij Clericorum percussores ex Concilio Constantiensi dicuntur non tolerari, & n. 46. & 54.

- 41 Basileensis Concilij Canon an derogaverit Constitutioni Concilij Constantiensis, Ad evitanda, & n. seqq.
- 42 Basileense Concilium quod tempore ab Eugenio IV. translatum, seu dissolutum fuerit.
- 43 Basileensis Concilij Canon an, & in qua differat a Constitutione Constantiensis.
- 44 Abbas Nicolai de Ausimo, Felini, & Navari error circa Constitutionem Concilij Constantiensis, & n. seq.
- 45 Basileensis Concilij acta in quibus approbata, aut reprobata fuerint.
- 46 Excommunicati notorie nisi sint denunciati, aut Clericorum percussores, ex Concilio Constantiensis non sunt vitandi, & n. 54.
- 47 Hæretici & schismatici non dicuntur nominatim denunciati ex Bulla Otena.
- 48 Moguntinum Concilium etsi invocaverit Constitutionem Concilij Basileensis, tamen non derogavit decreto Constantiensis Concilij.
- 49 Synodus provincialis facultatem non habet derogandi Concilio generali, nec obligat extra provinciam.
- 50 Episcopi schismatici in vim Constitutionis Constantiensis valide iurisdictionem exercent, & beneficia conferunt, & n. seqq. Contrarium, n. 53, & seqq. usque ad n. 126.
- 51 Beneficij collatio fit ab Episcopo ratione publici ministerii.
- 52 Popones in Russia an sint veri Ruthenorum parochi, usque in finem.
- 53 Constantiensis Concilij Constitutioni de vitandis excommunicatis fuit derogatum per contrariam Constitutionem Concilij Lateranensis sub Leone X. & plur. seqq.
- 54 Constantiensis Constitutioni tenor reseritur.
- 55 Lateranensis concilij constitutio itidem reseritur.
- 56 Excommunicati omnes notorie ex Constit. Concilij Lateran. vitari debent, etiamsi non sint nominatim denunciati, aut notorie Clericorum percussores.
- 57 Vitulica, & Popones Rutheni quorum schisma notorium est, hodie dicuntur excommunicati non tolerati.
- 58 Parochialium collationes facta a schismaticis non valent.
- 59 Beneficij collatio facta ab excommunicato non tolerato est irrita ipso iure, & n. 78.
- 60 Prelatus naturaliter mortuus & excommunicatus aequiparatur.
- Beneficij collatio facta schismatico, seu hæretico aut excommunicato, est ipso iure nulla, ibid. & n. 73, & n. 77.
- 61 Consuetudo contra Concilium generale non valet.
- 62 Communicatio in divinis cum excommunicato est culpa mortalis.
- Et quid extra divina, ibidem remissive.
- 63 Communicatio in divinis cum excommunicato incidit in excommunicationem maiorem, qua non infligitur nisi pro mortali reatu.
- 64 Sacramenta recipiens ab excommunicato tolerato an peccet mortaliter.
- 65 Consuetudo irrationabilis, & nutritiva peccati dicenda est potius corruptela, quam consuetudo.
- 66 Hæretici & schismatici ex Constit. Pauli IV. sunt ipso iure privati omnibus dignitatibus, & beneficiis ecclesiasticis.
- 67 Pauli IV. Constit. Cum ex Apostolatus expenditur.
- 68 Verba, ipso iure, licet non excludant declaratoriam

- super factos, tamen secus est si factum sit notorium.
- 69 Beneficia propter hæresim vacantia sunt seculi Apostolice reservata ex Constitutione Pij V. & eorum imperationes non valent, nisi modus vacationis propter hæresim sit expressus.
- 70 Beneficiorum possessiones in personas hæreticorum vires, & effectum non habere sensu Gregor. XIII.
- 71 Constitutio posterior tollit priorem Conciliarem etiam sine speciali derogatione.
- 72 Constantien. Conc. non relevat excommunicatos suspensos, vel interdictos, nec eis in aliquo suffragatur.
- 73 Beneficij collatio facta excommunicato non tenet.
- 74 Etiam si excommunicato sit occultus.
- 75 Beneficij collatio facta excommunicato nulla est etiam in foro conscientie.
- 76 Clausula absolutiois a censuris in litteris Apostolicis provisionum quid operetur.
- 77 Hæretici, & schismatici nostri temporis sunt irregulares & inhabiles ad beneficia obtinenda.
- 78 Excommunicatus, vel suspensus etiam non denunciatus de iure communi est destitutus omni facultate beneficij conferendi.
- 79 Et quid in occulte excommunicato.
- 80 Matrimonium celebratum coram parochio palam intruso, ac titulum non habente post Concilium Tridentinum non valet.
- 81 Matrimonium contractum coram parochio excommunicato etiam denunciato validum est.
- 82 Matrimonium contractum coram parochio publico hæretico irritum est si decretum Tridentini Concilij de reform. matr. publicatum fuerit in parochia, & lapsus sit trigesima dies a die publicationis, & n. 97 vers. Ultra de fit.
- 83 Constantiensis Concilij Constitutio indulget Catholicis ut possint recipere sacramenta etiam ab hæreticis, & schismaticis non denunciatis.
- 84 Antecedens in omni materia includitur in concessione consequentis.
- Declaratur, n. 91.
- 85 Dispensatio tacita super defectu inducitur quando alias ex gratia nulla utilitas perciperetur, & n. 91.
- 86 Constit. Ad evitanda, habilitat Catholicos ad sacramenta recipienda ab excommunicatis, in reliquis supponi terminos habiles, & n. seq. usq. ad n. 94.
- 87 Papa solus potest promovere ad Episcopales, Archiepiscopales, & alias maiores dignitates.
- 88 Ordines suscipere non licet nisi ab Episcopo originis, beneficij, vel donatili.
- 89 Prelatus intrusus non potest conferre sacramenta, & conferendo executionem non confert.
- 90 Absolutio sacramentalis est actus iudicialis, qui in non substitui exerceri non potest.
- 91 Princeps non censetur super inhabilitate dispensare quando gratia in aliqua parte potest operari effectum suum.
- 92 Excommunicati non sunt privati beneficiis ante excommunicationem canonice obtentis, nec sunt privati, nisi in excommunicatione inforuerint.
- 93 Constantiensis Conc. speciali Constit. revalidavit collationes, & titulos eorum, qui in Concilio Pisano fuerunt ab eorum dignitatibus depositi, & n. 111.
- 94 Excommunicati in vim Constit. Ad evitanda, retinet iurisdictionem respectu non excommunicatorum privilegio alieno non proprio.
- 95 Constitutio Constantiensis nec in favorem Catholicorum sanavit defectus titularum, seu canonice institutionis.

- 96 Episcopi nequeunt dispensare ad parochiales Ecclesias cum minoribus viginti quinque annorum, aut illegitimis, criminosis, aut corpore viciatis.
- 97 Beneficij collatio tanquam actus legitimus non potest esse in pendenti sed aut statim tenet, aut vitatur.
- 98 Hæretici, seu schismatici non solum sunt inhabiles ad beneficia obtinenda, sed etiam ipso iure privati beneficiis ante hæresim, vel schisma canonice obtentis.
- 99 Hæreticorum filij ex consuetudine, & pietate relaxantur beneficia.
- 100 Constitutio, Ad evitanda, quibus est causis edita fuerit a Concilio Constantiensi, & n. seq.
- 101 Constitutio, Ad evitanda, an habeat locum in provisis de parochialibus ecclesiis, vel dignitatibus post excommunicationem, seu schisma, & num. seqq. usque ad num. 126.
- 102 Patriarcha, Archiepiscopi, Episcopi, & Abbates Græci schismatici in Concilio Florentino in tales indifferenter agniti, & tractati fuerunt, & num. 116.
- 103 Constitutio Constantiensis, Ad evitanda, in quibus censetur timorati conscientijs, & scandalis obviaverit, usque ad n. 111.
- 104 Excommunicati in quibus actibus de iure communi sint vitandi.
- 105 Notorie excommunicati vitari debent etiam ante declaratoriam super facto.
- 106 Communicatio cum excommunicato maiori excommunicatione extracrimen an sit mortalis.
- 107 Excommunicato ecclesiam ad orandum ingredientem, cessandum est a divinis etiam missa inchoata, si nondum captus sit canon.
- 108 Communicatio cum excommunicato in administratione, vel receptione sacramentorum, est culpa lethalis.
- 109 Constitutio ad evitanda extendi non debet ad rehabilitationem ad beneficia ad ulteriorem correctionem iuris communi.
- 110 Provisi in schismate ab Antipapâ fuerunt rehabilitati ad dignitates, & beneficia in Concilio Constantiensi non obstante vitio hæresis, vel schismatis.
- 111 Sacerdos notorie excommunicatus de iure communi non potest valide quemquam absolvere in articulo mortis, secus ex Concilio Constantiensi.
- 112 Excommunicatus provisorius a Papa de parochiali cum clausula absolutiois a censuris, potest non excommunicatus administrare sacramenta ex Concilio Constantiensi, secus de iure communi.
- 113 Lex quantumcumque generalis, semper restringitur ad personas habiles.
- 114 Lex non imprimitur effectum suum, nisi in illas personas, quibus verba legis congruunt, & adaptantur.
- 115 Quod non est Sanctorum Patrum decreto sanctum superstitiosum non est adventionibus prasumendum.
- 116 Papa si quem sub titulo dignitatis etiam ex certa scientia nominet, seu tractet, per hoc in dignitate illa ipsos probare non intelligitur.
- 117 Nominatio Papa in litteris Apostolicis non tribuit ius intruso, aut alias titulum non habenti.
- 118 Intellectus Clem. Si Summus de sent. excommunicationis.
- 119 Papa si quem admittit assignando ei certam sedem, aut recipiat tanquam Abbatem ad suum officium exercendum, non censetur eum approbare in ea dignitate.

- Beneficium non censetur collatum, aut confirmatum nisi illud per verba dispositiva conferatur.
- 121 Institutio canonica tanquam solemnitas extrinseca non presumitur, sed probari debet.
- 122 Verba enunciativa non propter se sed propter aliud prolata non probant, neque disponunt.
- 123 Nominatio Papa non inducit probationem dignitatis, vel tituli.
- 124 Imperator Græcus, & Patriarcha Constantinopolitani cur ut tales habitii, & tractati fuerint in Concilio Florentino.
- 125 Hæretici, & schismatici in Concilij generalibus consueverunt admitti disputationis gratia, & ad eorum errores confutandos.
- 126 Græci Episcopi, & sacerdotes schismatici an censentur in suis regionibus Ordinarij, & Parochi solum saltem putativo, & errore communi, usque ad numero 139.
- 127 Beneficiorum collationes facte in schismate ab Antipapâ quo tempore prestabatur eis obedientia, sustinentur ex communi reputatione.
- Contrarium n. 132.
- 128 Hæretici dum tolerantur in aliqua dignitate, & sunt occulti, possunt excommunicare, beneficia conferre, & litteras impetrare.
- 129 Intellectus l. Barbarius, ff. de off. Prætor. usque ad n. 139.
- 130 Gestâ ab excommunicato ut valeant requirunt titulus putativus a legitimo superiore, nec sufficit a superiore putativo.
- 131 Fictio non generat fictionem.
- 132 Gestâ ab intruso non sustinentur excommuni errore, etiam si generantur prætextu publici officij.
- 133 Beneficij reservati collatio facta a Prelato putativo etiam ratione publici officij non valet.
- 134 Gestâ ab occulte excommunicato non sustinetur quo ad eos, qui sciunt impedimentum.
- 135 Error communi ad validitatem eorum, qui geruntur ab excommunicato, vel irregulâri, debet esse facti, non iurâ.
- 136 Gestâ per Prelatum putativum valent quamdiu toleratur, & secus si notorium sit eum esse suspensum.
- 137 Beneficij impetratio non fit ab excommunicato ratione publici officij, ac propterea ex communi errore, & titulo putativo non sustinetur, & n. seq.
- 138 Excommunicatus publicè, vel occulte non differunt in his, que non geruntur ratione publici officij.
- 139 Parochus non assistit matrimonio ut minister, sed ut testis authorizabilis.
- 140 Clementis VIII. Constitutio prohibens divortia fieri quoad vinculum inter Græcos ad habeat locum in matrimonijs Græcorum schismaticorum.
- 141 Græci schismatici Latini ritus abominantur.
- 142 Græci Episcopi non sunt admittendi ad Ordines, vel alia Sacramenta conferenda, nec Sacerdotes in Parochialibus instituendi, nisi abnuntio schismate.
- 143 Tridentini Concilij decretum de reform. matr. publicari debet in singulis Parochijs ut matrimonium sit validum, nec sufficit publicatio facta in Synodo provinciali.
- 144 Presumitur tamen publicatum si fuerit observatum tanquam decretum Concilij.

QUOD A PRÆDECESSORE. Irrite sunt ordinationes, beneficiorum collationes, & ecclesiasticarum rerum alienationes factæ a schismaticis; & a dignitate, & ordine suspenduntur, qui schisma tenere jurant. Hoc dicit; Habet quatuor dicta Secundum ibi, *Adiicientes*. Tertium ibi, *alienationes*. Quartum ibi, *illos vero*.

Nota primò, iuribus carere ea, quæ geruntur a schismaticis, etiam si gerantur prætextu publici officij; nam l. *Barbarius*, ff. de off. Prætor. non habet locum in intrusis, sicut sunt schismatici, quod plenius examino infra in 1. *resp.* ad quartam oppositio-nem n. 129 & seq.

Secundò nota irritas esse ordinationes a schismaticis factas, concordat tex. in cap. *Ordinationes*, 9. q. 1. quod intellige quoad executionem, non autem quoad impressionem characteris, secundum glof. in ver. *irritas*. Innoc. Hostien. Joan. Andr. & alios hic. Ratio est, quia character non cõfertur per ministrum, sed imprimitur in anima immediate a Christo. Infectio ergo ministri non vitiat, § *Verum*, 23. dist. & dixi latè in cap. 1. *sup. de Baptis.* in qu. An baptizati ab hæreticis Calvinistis sint iterum baptizandi; & patebit infra n. 31. & seq. Hoc tamen habet locum si forma Ecclesiæ fuerit observata; alioquin irrita est ordinatio etiam quoad characterem, c. *Extra Catholicam*, & cap. *Detrahe*, 1. q. 1. d. c. 1. & cap. *penult. de Baptis.* secundum Goffred. Jo. Andr. hic n. 7. Butr. n. 3. Card. n. 4. & in 3. *quæst.* & Abb. n. 4. & innuit glof. 2. dum dicit schismaticos conferre sacramenta, dummodo in forma Ecclesiæ conferant.

Tertiò nota ex illis verbis, *ab ordinatis ab eis*: Socin. irritas esse ordinationes non solù factas a schismaticis, sed etiam factas ab illis, qui a dictis schismaticis ordines susceperunt. Quod expressè notat hic Innoc. n. 1. in fin. dicens. Idem de ordinatis ab hæreticis, vel schismaticis in infinitum: nam cum non habeant executionem, alijs dare non possunt, confert tex. in cap. *Vulnerato*, & in c. *Fertur*, 1. q. 1. ibi: Ex infecta radice fructus non producit, in l. *In causa*, la prima, §. 1. §. fin. & in l. *seq. ff. de minor.* ubi si res per plures manus ambulaverit, idem juris erit.

Quartò nota in ver. *si quis autem*: schismaticis non videri ipso jure excommunicatos, sed excommunicandos: nam si excommunicatio fertur in tribus casibus hic expressis, ergo extra ipsos schismatici regulariter non sunt excommunicati, per argumentum a speciali secundum Abb. hic n. 3. & Socin. n. 6.

Præterea in fin. text. fertur sententia suspensio-nis contra jurantes tenere schisma; ergo sic jurantes, quibus hæc pœna specialis imponitur, non sunt excommunicati, & consequenter longè minus debent esse excommunicati illi, qui non jurant tenere schisma, sed solum adherent intruso, ut per Socin. ubi supra. Idem probat tex. in c. *in nomine Domini*, 23. dist. ponderando verbum, *dammatur*, ibi posit. in fin.

Verum tu dic multiplicem esse schismaticorum acceptionem, ut per Innoc. hic in princ. Hostien. num. 1. Butr. num. 4. & supra in rubr. per Jo. Andr. num. 3. Abb. num. 4. & Socin. num. 4. Quidam enim dicuntur schismatici largissime, ut omnes criminosi, & existentes in peccato mortali, c. *Sacerdotes*, 1. q. cap. *Resecanda*, 24. qu. 3. Sunt enim ex-

tra charitatem, cap. *Audi denique*, 11. q. 3. c. *Dixit*, 24. *quæst.* 3. cum peccatum separet hominem a Deo secundum illud *Isaia*, 2. cap. 49. *Peccata nostra diriserunt inter nos, & Deus nostrum*. Et homanifestum est non esse generaliter excommunicatos, quia censura aliquibus tantum criminibus annexa est, quos latissime recenst Navarr. in *Man. cap. 27. num. 75. usque ad num. 150.* & Summistæ, in ver. *Excommunicatio*. Et quamvis criminosi omnes sint suspensi quoad se, non tamen quoad

alios, ut in cap. *fin. de cohabit. cleric. & mulier.* Quidam dicuntur schismatici largè, ut omnes excommunicati a jure, vel ab homine, cap. *Apostolica*, 24. *quæst.* 3. quia sunt extra ecclesiam, & communione fidelium, cap. *Cum excommunicato*, 1. qu. 1. Et de his neptum est querere an sint excommunicati. Alij dicuntur schismatici strictè, qui scilicet proprium Episcopum episcopi de sede Episcopali, & Episcopatum occupant, & luos cõstituant Sacerdotes, cap. *Scire*, 7. qu. 1. cap. *Inter hæresim*, 24. q. 3. Et sub hac specie constitui possunt etiam illi, qui conjurationes faciunt contra proprium Episcopum, de quibus in cap. *Coniurationem cum quatuor*, seq. 11. q. 1. Et hic secundum quosdam sunt excommunicati, sed tamen Doctores communiter tenent oppositum, ut testatur Abb. supra in rubr. num. 1. ver. *Strictè vero dicuntur*; eo quod cum recognoscant Ecclesiam Romanam, licet proprium Episcopum ejecerint, aut in cum conspiraverint, non tamen dicuntur ab unitate divisi, ut per Innoc. Hostien. Jo. Andr. & Abb. supra in rubr. Alij demum dicunt schismatici astrictissime, prout hic sumuntur, qui scilicet dividunt se ab unitate Ecclesiæ, & conantur sibi Episcopos, Presbyteros, & Constitutiones facere, cap. *Novarianus*, cap. *Factus est*, & cap. *Denique*, 7. *quæst.* 1. Schisma enim Græcè scissuram significat, c. *Schisma*, & ibi Archid. in princ. 24. q. 1. Nam cum unita sit fides, & unica sancta Ecclesia; ergo qui ab hac unitate divisi est, schismaticus est; in unitate enim scissura esse non potest, c. *Schisma*, cap. *Sicut Domini vestimentum*, 16. q. 7. cap. *Loquitur Dominus*, 24. q. 1. Unde schisma diffinitur esse illicitus ab unitate fidei, vel universitate recessus, secundum Hostien. Goffred. & Raymun. in *summo de schisma*, & Socin. supra in rubr. num. 1.

Quæquidem unitas in duobus consistit, videlicet in commisione, seu communiõne membrorum Ecclesiæ: ad invicem, & in ordine omnium membrorum ad unum caput. Hoc autem caput est Christus, cujus vices gerit Romanus Pontifex, Clem. 1. de *jurejur.* Unde qui subesse renunt suo Pontifici, & qui membris Ecclesiæ communicare recusant scissuram faciunt, valde proprie dicuntur schismatici. Dupliciter autem potest contingere ut aliqui ab hac unitate recedant. Primò cum Ecclesiam Romanam non agnoscunt, sed aliã sibi Ecclesiam, & caput constituunt, ut faciunt Græci schismatici: & hi absque duo sunt ipso jure excommunicati, cap. *Nulli*, 16. dist. & determinat hic Innoc. num. 2. in ver. *irritas*, Hostien. num. 2. ver. *illi autem schismatici*. Jo. Andr. num. 2. in ver. *Subiacere*, Butr. num. 4. ver. *Namquid autem quilibet schismaticus sit excommunicatus*. Qui enim extollunt se contra Romanam Ecclesiam, & ab ipsa se separant, hæretici dicuntur, & hi, qui principales sunt, hæretici dicuntur, ut hic, ac proinde excommunicati sunt, ex cap. *Excommunicamus*, §. *Cre-*

den-
 11
 12
 13
 14

denes, supra de hæret. secundum Hostien. d. nu. 2. Qui amplius dicit talem sententiam excommunicationis ferri, seu potius innovari a quolibet Episcopo in sua consecratione, quem consecrator irrogat dicens, *Anathematizans omnem hæresim; subaudi, non solum errantem in fide, sed etiam extollentem se adversus hæreticam Romanam sanctam Catholicam Ecclesiam*; & is, qui consecratur, respondet, *Anathematizo*, ut in libro Pontificali.

Quod multo clarius vendicat sibi locum in Græcis schismaticis nostri temporis, qui nõ solum nolunt agnoscere summum Pontificem pro Christi Vicario, & Capite universalis Ecclesiæ; sed etiam ita credunt sentientes Ecclesiam Orientalem, & Constantinopolitanam nõ esse sub Ecclesiâ Romana, & Patriarchæ Constantinopolitani non esse inferiori Romano Pontifici, ut patet ex actis Florèntini Concilij sub Eugenio IV. Hi enim sunt formaliter hæretici, ut per Abb. supra in rubr. n. 1.

Quoniam habent errorem in fide cum pertinacia contra articulum, & unam sanctam Ecclesiam, cap. *Inter hæresim*, cap. *Qui in Ecclesia*, & cap. *Qui aliorum*, 24. qu. 3. Archid. in cap. *Hæresim*, num. 1. eadem cau. & *quæst.* Sylvest. in ver. *Hæresis*, 1. n. 1. Deinde potest contingere ut scissuram quis faciat, & recedat ab unitate absque errore in fide, veluti cum duo contentiõnes de Pontificatu, ut hic, & in cap. *Si duo*, 89. dist. Nam quilibet credit unitatem Ecclesiæ, & illam esse caput se, nec impugnat Ecclesiam Romanam, & hi sunt schismatici sine hæresi, ut notatur in §. 1. 4. *quæst.* 1. Sentitur enim de fide, & unitate idem, quod ceteri, sed tamen dissidio Congregationis delectantur, ut inquit Socin. supra in rubr. n. 5. alias qui duos summos Pontifices crederet veros, schismaticus, & hæreticus esset: schismaticus, quia divideret Ecclesiam; hæreticus quia contra fidem. Atque ita quis potest esse hæreticus, & schismaticus; Imo omnis hæreticus est schismaticus, sed non è converso, ut declarat Goffred. in *summa de schismat.* & Socin. ubi supra. Et de his schismaticis sine hæresi variæ sunt opiniones an sint excommunicati Doctores tamen magis inclinant in sententiam affirmativam, ut testatur Abb. supra in rubr. n. 1. & probatur in d. cap. *Nulli*, 19. dist. ponderando verbum, *sunt damnatus*; quod est latè sententia, ut ibi per Hugonem, & Archid. & hic per Hostien. & Jo. Andr. & Sylvest. in ver. *Schismaticus*, num. 5. Præterea est in sui principio schisma non habeat perversum fidei dogma sicut hæresis; tamen in fine nullum schisma est sine hæresi, ut docet Hieronym. ad *Tritum*, c. 3. dicens: *Inter hæresim, & schisma hoc inter esse arbitrantur, quòd hæresis perversum dogma habeat, schisma propter Episcopalem dissensionem ab Ecclesia pariter separat*. Quod quidem in principio aliqua ex parte intelligi potest. Ceterum nullum schisma non aliquam sibi confingit hæresim, ut rectè ab Ecclesia recessisse videatur; referitur in cap. *Inter hæresim*, 24. *quæst.* 3. Et propterea Guido, & Octavianus, merito hic ab Alexandro III. appellantur hæretici, & cõsequenter excommunicati sunt ex d. §. *Credentes*. Neque obstat ponderatio Abbatis, & Socini, quod in textu nostro excommunicantur schismatici in tribus casibus tantum. Quia hoc non est verum, nam in ver. *si quis autem*, non excommunicantur schismatici, sed illi tantum, qui schismatico-õru ordinationibus ininituntur, ut ab his beneficiis, vel tem-

15
 16
 17
 18
 19
 20
 21
 22

Ecclesiæ acquirunt, ut per Sylvest. loco cit. Unde in his tantum concluditur argumentum a speciali, quia communicantes cum excommunicatis regulariter non sunt excommunicati saltem majori excommunicatione nisi in casibus, qui notantur per Jo. Andr. & DD. in cap. *Sacra supra de huius que vi, mensive cau.* & in cap. *Statuimus*, infra de sent. excom. Sed contra communem opinionem præter ultimam considerationem Socini, duo videntur magnoperè urgere. Primum est, quod si schismatici in terminis huius Decretalis essent ipso jure excommunicati, utique participantes cum eis in crimini criminoso in eadem sententia excommunicationis incidere, ut est casus in cap. *Nuper*, & ibi dixi de sent. excomm. & tamen contrarium hic deciditur in ver. *illos vero qui jurantes tenere schisma*, & sic Communicantes in crimine schismatis, a dignitate, & ordine suspenduntur, quæ specialis pœna frustra illis infingeretur si essent ipso jure excommunicati. Secundum est, quia jurantes tenere schisma sunt formaliter schismatici; tamen non sunt excommunicati, ut summa præ proximè dictum est. Verum quicquid sit in terminis huius textus certè hodie res est extra difficultatem, quia, ut advertunt Abb. supra, in rubr. & Socin. hic num. 6. in fin. & Sylvest. in ver. *Schismaticus*, num. 5. postea emanavit, cap. *Licet de vicariis*, supra de elect. ubi disponitur, ut tam ipse qui se gerit pro Papa, quam illi adherentes excommunicationi subiacent, per quæ verba inducitur est excommunicato ipso jure, ut ibi notant DD. idem; apertius statuitur novissime in Constitutione Gregorij XV. de Romani Pontificis electione, quæ incipit *Letem Paris filius*. Quapropter aut agimus de schismaticis, qui recedunt ab unitate Ecclesiæ Romanæ, ut Græci, & illi sunt ipso jure excommunicati per d. cap. *Nulli*, 19. dist. & per cap. *Excommunicamus*, 1. & 2. §. *Credentes*, de heret. ut dictum est supra n. 13. Aut agimus de Antiochijs, & eorum adherentibus, de quibus hic, & hi excommunicati sunt per d. cap. *Licet*, & Constitutionem Gregorij XV. & sic hodie quicquid scripserit nonnulli ex modernis, schismatici omnes strictissime sumpti sunt vinculo ex-

23
 24

communicationis inodati. Addo quòd in Extravaganti. *Ipsi Domini*, Pauli II. & Sixti IV. de *penit. & remiss.* ad quos Doctores non advertunt inter casus Sedi Apostolicæ reservados ponitur non solù crimen hæresis, & conspirationis in personam, aut statum Romani Pontificis, sed etiam civilis offensæ, inobedientiæ, aut rebellionis eiusdem Pontificis, vel Sedi Apostolicæ. Quibus verbis satis clarè cõprehendantur schismatici, qui se subtrahunt ab obedientia sumi Pontificis; nam secundum Hostien. in *summa de schismat. in princ.* Schisma est illicita divisio per inobedientiam ab unitate Ecclesiæ facta. Et quamvis Socin. supra in rubr. huic definitioni post verbum *inobedientiam* addat, scilicet, *cum rebellionem*; hoc tamen potest procedere tantummodo quoad effectum, ut sic inobedientes dicantur proprie schismatici, quia est omne peccatum sit inobediencia celestium mandatorum, secundum Ambrosium, & per consequens omnis inobediens discedat ab Ecclesia; tamen nisi sit inobediens cum rebellionem, strictè, & proprie non dicitur schismaticus, ut ibi per eum, nu. 8. Sed quoad effectum relevationis censuræ fufficit sola inobediencia etiam sine rebellionem;

tum quia prædictæ Extravagantes utuntur dictione illa univ. sal. *culorum offensa inobediencia*. & c. tum quia posterior Saxi. V loquitur disjunctive, videlicet in obedientia, aut rebellionis. Aliud enim est inobediencia, aliud rebellio, cap. *inter quatuor*, & ibi Butr. n. 4. *supra de maior. & obed.* Et nihilominus etiam si requireretur concursus utriusque, qualitas etiam ad effectum reservationis censuræ, tamen non est dubitandum, quin schismaticorum in obedientia sit cum rebellionem: siquidem rebellis proprie dicitur qui facto resistit superiori, vel in illiciti, omni, cap. *Sanè il. secundo*, & ibi Butr. n. 4. *supra de off. deleg. Bald. in l. Si certarem, §. Sed si miles, num. 3. ff. de testam. milit.* & consequenter aperte constat schismaticos omnes strictissime sumptos etiam sine hæresi tanquam inobediens, ac rebelles Romano Antistiti incidere in censuram Sedi Apostolicæ reservatam in præallegatis Extravagantibus. Postremò cessat omne dubium, quia in Bulla Cenzæ Domini quotannis anathematizantur non tantum hæretici, sed etiam schismatici, ut in Bulla Gregorij XIII. Con. fuerunt, ibi, *Nec non schismaticos & eos, qui se à nostra, & Romani Pontificis pro tempore existentis obedientia pertinaciter subtrahunt, vel recedunt.*

25 Ultimo nota irrisus esse collationes dignitatis, & beneficiorum a schismaticis factas: de quo sic plenius, ut in sequenti questione.

26 In Russia, ac præcipue in Leopoliensi Provincia Catholici permixti degunt, cum schismaticis, quorum triplo major est numerus; ac plerique in locis vix unus sacerdos Catholicus reperitur; unde passim Popones, id est sacerdotes schismatici in possessione parochialis ecclesiæ instituti, quos Rutheni suos parochos æstimant, sacramenta admittunt Græcorum, & Catholicos cum schismaticis, & contra in matrimonium conjungunt. Quærit Archiepiscopus Leopoliensis.

27 An Popones sint sue curæ subjectionum Ruthenorum, & Ruthenarum proprii parochi, & an includantur in Canone Matrimonij Concilij Tridentini, ita ut dum Catholicus contrahit cum Ruthena, vel e converso in manibus Poponis matrimonium hoc sit validum, necne.

Supposita publicatione decreti cap. 1. sess. 24. de reform. matrim. in parochijs Ruthenorum, solutio questionis ex sententia Theologorum, quos consulit Archiepiscopus, pendet ex duplici inspectione, Prima est, an Vuladicæ Ruthenorum sint veri Episcopi. Secunda si sint, an habeant jus instituti parochos.

Quoad primam inspectionem admittunt omnes tam Theologi, quam Canonistæ Vuladicos esse veros Episcopos Ruthenorum, cum dubitandum non sit, quin schismaticis in forma Ecclesiæ, qua utuntur Rutheni, & cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, verus Episcopalis, & Sacerdotalis ordo conferatur, ut patet ex autoritate Augustini lib. 2. contra Epist. Parmeniani cap. 13. ubi improbat quorundam opinionem, qui putabant Episcopos schismaticos neque habere Ordinis Sacramentum, neque alii conferre posse, quod refertur in c. *Quod quidam*, 1. q. 1. & in c. *Ostenditur, de consecr. dist. 4.* Sacramentum enim potest trahere separatim, sicut potest habere separatim, ut idem Augustinus docet lib. 6. de Bapt. contra Donatist. ubi cap. circa princip. & ad Bonif. epist. 70. Et nec esse catholicum veritatem dicit glol. com-

28 idem Augustinus docet lib. 6. de Bapt. contra Donatist. ubi cap. circa princip. & ad Bonif. epist. 70. Et nec esse catholicum veritatem dicit glol. com-

29 nec esse catholicum veritatem dicit glol. com-

muniter approbata in *summa*, 9. q. 1. ubi Turrecr. n. 1. (Sic, inquit, ista conclusio tanquam verissima ab omnibus suscipienda, quod ordinatio facta in forma Ecclesiæ ab Episcopo, sive sit catholicus, sive hæreticus, sive schismaticus, sive anathemate innodatus, sive ultimam manus impositionem, id est Episcopalem ordinationem receperit in Ecclesia, sive extra, est habenda rata quantum ad veritatem ordinis; ita quod omnes ordinati ab eo ordines recipiunt, & si alios ordinant ordinati erunt, & sic in infinitum.) Et quamvis in hoc articulo olim variatum fuerit sententiis, tamen hæc est vera opinio, quam hodie sequuntur omnes, teste eodem Turrecro, qui eam pluribus confirmat, & ab objectis tuetur in cap. *Qui perfectionem*, & in cap. *Sacramenta*, 1. q. 1. sequitur Sylvest. in ver. *Degradatio*, n. 9. & Canonistæ hic, ut dictum est supra n. 2. in 2. notab.

30 Nec refragatur autoritas Cypriani in cap. *Navaritanus*, 7. q. 1. dicens: (Qui nec unitatem spiritus, nec conventionis pacem observat, & se ab Ecclesiæ vinculo, & sacerdotum Collegio separavit, nec Episcopi potestatem habere potest, nec honorè.) Quoniam ut respondit S. Thom. in 2. 2. q. 309 art. 3. (Duplex est spiritualis potestas: una quidem sacramentalis, alia jurisdictionalis. Sacramentalis potestas est que per aliquam consecrationem confertur: omnes autem consecrationes Ecclesiæ sunt immobiles manente re, quæ consecratur, sicut etiam patet in rebus inanimatis: nam altare semel consecratum, non consecratur iterum, nisi fuerit dissipatum.) Ad hoc cap. 1. & cap. 3. & utrobique not. de consec. Eccl. vel alt. cap. *Si matum*, & cap. *Ecclesiæ, de consec. dist. 1.* Et ideo talis potestas se eundem suam inferior non debet exire in. Etiam nisi secundum quod movetur a potestate superiori, ut etiam in rebus naturalibus patet; inde est quod tales ipsum potestatis amittunt; ita scilicet, ut non liceat eis sua potestate uti: si tamen usi fuerint, eorum potestas est. Etiam habet in sacramentalibus: quia in his homo non operatur, nisi sicut instrumentum Dei; unde effectus sacramentalis non excluduntur propter culpam quamcumque conferentis sacramentum, cap. *Si iustus*, cap. *Ex catholica*, cap. *Sic autem, cum*

31 multo se q. 1. q. 1. Potestas autem jurisdictionalis est quæ ex simplici in iunctione hominis confertur ut talis potestas non immobiliter adheret; unde in schismaticis, & hæreticis non manet; ideoque nec possunt abolvere, nec excommunicare, nec indulgentias facere, aut aliquid hujusmodi; quod si fecerint, nihil est actum, cap. *Omnibus*, cap. *Aut Calcestris*, & cap. *Aperit*, 2. q. 1. Cum ergo dicitur tales non habere Episcopi potestatem, intelligendum est vel de potestate secunda, vel si referatur ad primam potestatem, non est referendum ad ipsam essentiam potestatis, sed ad legitimum usum ejus, ita D. Thom. & Sylvest. in ver. *Schismaticus*, n. 3.

32 Et eodem modo respondetur ad c. *Didimus*, & cap. *Pudenda, ead. cand. & qua sit ubi Pelagus* Papa: (Pudenda, ut ita dicam, rapina in divisione est non consecratus, sed execratus Episcopus: si enim

enim ipsum nomen consecrationis rationabili, ac vivaci intellectu discutimus, is qui cum universali detrectat consecrati Ecclesiæ, consecratus dicitur, vel esse nulla ratio preterit: consecrare enim est simul sacrare, sed ab Ecclesiæ visceribus divisus, & Apostolicis Sedibus separatus execrat ipse potius, & non consecratur: jure ergo non consecratus poterit dici quem simul sacrare in unitate conjunctionis membrum non agnoscat Ecclesiæ. Hæc ibi. Hæc namque, & consimiles auctoritates intelligi debent vel quoad ea, quæ concernunt jurisdictionem, ut dictum est, vel quoad executionem tantum, quam de jure communi non recipiunt ordinati ab Episcopis schismaticis, vel præcis ab Ecclesiæ, seu excommunicatis, d. c. *Qui perfectionem*, & ibi Turrecr. n. 3. & 4. & cap. *seq. i. q. 1. cap. 1. de ordin. ab Episc.* etiam si ignoranter sic fuerint ordinati, ut in cap. *ult. eod. tit. & post Innoc.* notat Jo. Andr. in d. cap. 1. *super ultima glol.* & sic *super secunda glol. ad finem magne suppletionis*, Præpol in *summa*, 9. q. 1. n. 1. non autem debent intelligi quoad potestatem officij, & veritatem, seu essentiam consecrationis, ut paulo infra declarat Gratian. post cap. *Miramus*, in §. *his auctoritatibus*, 2. q. 1. & vide quod scripsi de utraque potestate sacramentali, & jurisdictionali in c. *supra, de supplen. neglig. Prælat.* hæc de prima inspectione.

36 Quoad secundam inspectionem, videlicet an Vuladicæ Ruthenorum habeant jus instituendi parochos, longè major est difficultas; & quidem pro parte affirmativa videtur valde urgere, quod ante cõcilium Constantiense excommunicati omnes dicebantur, non tolerati, & vitandi erant etiam ante ullam denunciationem: calus est in cap. *Cum non ab homine de sent. excomm.* & in cap. *Excommunicator*, 1. q. 3. & post Hug. & Raym. notat Archid. in cap. *Sitantum*, nu. 1. 6. q. 2. glol. in cap. *Sanè quod, in ver. Nominative*, 2. q. 2. per text. in cap. *Cum desideres de sent. excomm.* Felin. in cap. *Rodolphus*, nu. 39. de *rescript.* ubi redarguit Petr. de Anchar. quod per inadvertentiam scripserit contra prædicta jur. in cons. 185. *Tribus de causis*, col. 2. Ideoque hæretici, & schismatici tanquam excommunicati ex cap. *Excommunicamus*, 1. & 2. de heret. & ex Bulla Cenzæ Domini indistinctè dicebatur nullam ordinum executionem, vel jurisdictionem habere, ut hic, & in cap. *seq. Abb. in cap. Ad probandum*, n. 2. de re iudic. S. Thom. in 3. p. q. 70. alias 19. art. 8. Sylvest. in ver. *Schismaticus*, n. 3. Ac propterea nec poterant veros parochos instituere; imò eorum collationes erant ipso jure nullæ ex decreto concilij Lateranensis hic relato, & constitutione Alexandri IV. in cap. 2. §. *Hæretici, de heret. lib. 6.* Institutio enim autorizabilis, seu datio eorum animarum est de lege jurisdictionis, cap. *Conquerente*, & cap. *Dilectus*, junctæ glol. in ver. *de lege jurisdictionis de offic. ordin.* Episcopi autem schismatici proliis carebant potestate jurisdictionali, d. c. *His auctoritatibus*, 2. q. 1. & ex sententia D. Thomæ ostensam est supra in i. inspectione, n. 30.

37 Verum polita in Constantiensi Concilio sub Martino V. edita fuit Constitutio incipiens. *Ad evitanda*, quam ad litteram refert S. Antoninus in 3. p. tit. 2. cap. 2. Felin. in d. cap. *Rodolphus*, nu. 39. in ver. *Insuper ad evitanda de rescript.* Sylvest. in ver. *Excommunicatio*, 5. nu. 7. vers. *Sciendum est*, 4. & Sorin. 4. dist. 22. q. 1. art. 4. qualitatatum est ut ij

38 Verum polita in Constantiensi Concilio sub Martino V. edita fuit Constitutio incipiens. *Ad evitanda*, quam ad litteram refert S. Antoninus in 3. p. tit. 2. cap. 2. Felin. in d. cap. *Rodolphus*, nu. 39. in ver. *Insuper ad evitanda de rescript.* Sylvest. in ver. *Excommunicatio*, 5. nu. 7. vers. *Sciendum est*, 4. & Sorin. 4. dist. 22. q. 1. art. 4. qualitatatum est ut ij

tantum excommunicati censentur non tolerati, & vitari debeant, qui nominati, & expressè fuerint denunciati, vel notorij Clericorum percussores.

Et quamvis ut idem S. Antoninus testatur in 3. p. tit. 26. cap. ult. citatus ad Felin. ubi supra, quidam assererent eandem Constitutionem fuisse propositam, sed non acceptatam præcipue ab Italia natione ipse tamen audivit à duobus venerabilibus viris, quos nominat, & qui Concilio interfuerunt, eam fuisse acceptatam ab omnibus ut perpetuam & in tract. de censur. cap. 83. disputat, an Summus Pontifex poterit sic statueri, & concludit affirmativè, adjiciens quòd cum quidam dixerit Martino V. se audivisse illam Constitutionem fuisse pro quinquennio; Martinus respondit, Ego volo ut semper duret; & alia subnequit circa robur ejusdè

39 Constitutionis. Quamobrem jam more Ecclesiæ receptissimum est, ut non vitemus nisi duas illas excommunicatorum species, quas prædictum concilium vitari jussit, ut ait loco cit. Sor. post Cajet. & licet Covarr. in cap. *Alma mater*, par. 1. §. 2. nu. 7. dicat in exemplaribus; quæ extant, se nunquam reperisse hoc decretum inter canones Constantiensis Concilij ac propterea dubitare an potius fuerit conditum à Martino V. ut etiam supponit Navar. in man. cap. 27. n. 35. utcumque tamen sit decretum illud recipiendum est ut canonicum, sic omnes admittunt loco citato. Neque obstant, quod Abbas in Clem. 2. de sent. excomm. nu. 6. referat in alio Canone Concilij Basiliensis, sess. 20. §. *Ad evitanda scandala*, sanctum fuisse, ut ne tractetur quis alium evitare in divinis, vel extræ prætextu excommunicationis, aut suspensionis, aut interdictum observari, nisi sit facta per judicem declaratio, aut constitutio, quem in excommunicationem ita notorè incidit, ut nulla possit tergiversatione clari. & quod Nicolaus de Aulmo in supplemento Pisanello in ver. *Clericus*, in fine relatus a Felin. nu. 4. cap. *Rodolphus*, nu. 39. de *rescript.* referens eandem Constitutionem concordet cum relatione Abbatis, subdens se illam extraxisse de libro Juliani Cardinalis, qui vulgè dicebatur S. Angelus, & præfuit eidem Concilio, & sibi ostendit hanc Constitutionem in camera sua, & studio suo Florentiæ anno 1440. die 11. Decembris: hic autè Canon Basiliensis Concilij tanquam posterior sustulerit Constitutionem Concilij Constantiensis, qua non erant vitandi nisi expressè denunciati, aut notorij Clericorum percussores, ut videtur sentire Covarr. in d. c. *Alma mater*, par. 1. §. 2. nu. 7. & ante cum Felin. in d. c. *Rodolphus*, nu. 39. de *rescript.* ubi propterea censuræ notoriè excommunicatos ante denunciationem indistinctè esse vitandos, Sylvest. in ver. *Excommunicatio*, 5. nu. 9. & in effectu Navar. de panis, dist. 6. §. *Laboret*, n. 9. & in Manuali c. 27. in 35. Id in quâ non obstat, quia huius Canonis concilij Basiliensis nulla ratio habenda est, non quidem ex eo quòd cõditus fuerit post dissolutionem concilij, ut quidam incautè opinati sunt: nam lesio, in quâ habetur ille Canon, celebrata fuit anno 1435. undè vimo E. A. Februarii. ut patet in notis ad eam sessionem tom. 4. Conciliorum par. 2. pag. 408. col. 21. Dicit solutio autem seu translatio Concilij ad civitatem Ferrariensem facta fuit ab Eugenio post menses circiter triginta duos, ut constat ex Bulla translationis, quæ incipit, *Doctus gentium*; & edita

edita 14. Kalen. Octobris 1437. quæ habetur post acta Concilii Basileensis, eod. tom. 4. part. 1. pag. 2. 15. Et quamvis Eugenius multo ante, idest 15. Kal. Ianuar. anno 1431. epus Pontificatus primo dissolvit Concilium; si quod Basilea congregatum videretur, aliudque Concilium in anno cum dimidio Bononiæ, & sequens aliud Concilium in decennio Avenione indixisset, ut in Bulla Dissolutionis, quæ incipit, *Quoniam alio*, & in *comprehensibili Domino*; & habetur itidem post acta ejusdem C. ne. pag. 209. Tamen hæc dissolutio ex causarum defectu postea cassata fuit ab eodem Eugenio perinde ac si nîquâ emanasset, ut in Bulla incipiens *Dudum sacrum generali Basileense Concilium*; quæ ponitur inter illius acta, *sess. 16. 16th. 3. par. 1. p. 41.* Unde manifestè apparet sessionè 20. fuisse habitam ante scissuram Concilii. Quod etiã clarè colligitur ex Epistola Eugenii ad Concilii legatos scripta post duos menses à celebratione illius sessionis videlicet, 13. Kal. Martij 1435. ut patet *pag. 214.* Atque ita prædictum Canonem fuisse editum in Concilio Basileensi ante scissuram testatur S. Anton. in *tract. de censur. cap. 38.* dicens scilicet audivisse à Cardinali Juliano Concilij Legato. Idemque affirmat Sylv. in *ver. Excommunicatio. 5. num. 7. vers. Sciendum est quartò.* & Covarr. in *cap. Alma mater. par. 1. §. 2. nu. 7.* Quod tamen immediate subijcit idem S. Antonini Constitutionem Concilii Constantiensis fuisse approbatam in Concilio Basileensi, & ab Eugenio IV. non est usquequaq; verum. Refertur enim Constitutio Basileensis ead. *sess. 20. in §. Ad vitandum, eod. tom. 4. Concil. par. 1. pag. 50.* Et concordat cum Constitutione Constantiensis usque ad *verf. Salvo.* Sed postea ubi Constantiensis excipit tantum notorios clericorum percussores; hæc Basileensis generaliter excipit, ac vitari jubet omnes notorie excommunicatos, & in hoc consentit cum illa, quæ postea edita fuit in Concilio Lateranensi.

44 ut patet in *acta. nu. 55.* Unde cum Concilium Basileense hæc in parte adveserit Constantiensis, & ille Canon editus fuerit ante scissuram; non mirû si Abbas Panormitanus, qui partes Basileensium acerrimè tuebatur, & Nicolaus de Ausmo supracitati putaverint notorie excommunicatos etiam non denunciatos esse vitandos, idemque inserit Felin. eorum authoritati innixus in *cod. cap. Rodolphus. num. 3. 6. vers. Salva veritate, de rescript.* ubi hæc discrepantiam non considerans, confundit Constitutionem Constantiensis cum Basileensi. Et eodem modo lapsus est Narr. in *Man. c. 27. nu. 34.* ubi dicit Extravagantem Martini V. fuisse malè relatum à S. Antonino, & Felino, & benè à seipso in *cap. 1. §. Laborè, de punit. dist. 6.* Nam revera benè refertur ab illis, & malè ab ipso, quia ipse loco Constitutionis Constantiensis, seu Extravagantis Martini V. ab Eugenio IV. approbate refert Constitutionem Concilij Basileensis editam multo post obitum Martini V. videlicet Pontificatus Eugenii anno quinto, & repetitam in Concilio Lateranensi sub Leone X.

45 Sed ex alio capite hic Canon Basileensis non est attendendus, nec aliquatenus derogat Constantiensis, nepe quia acta Synodi Basileensis fuerunt reprobatà, aliquibus tantû exceptis, ut constat ex *sess. 11. Concilij Lateranensis Novissimi*, ubi Conciliabulum schismaticum, & nullius proflus authoritatis appellatur, præsertim post translatio-

nem, quæ verba indicant etiam ante translationem illud non fuisse ex omni parte legitimum, ut dixi in *cap. Significasti. num. 25. & 26. supra de elect.* Idipsum constat ex Bulla Nicolai V. in *cap. de pacis, edita Spoleti 14. Kalend. Julij 1449.* quæ habetur inter acta Concilij Basileensis, to. 4. *Concil. par. 1. pag. 96.* Nam cum Felix V. Antipapa cessisset Pseudopontificatus; atque omnia Basileensis Conciliabuli suo ipsius iudicio quasi improbasset; Nicolaus pacis gratia approbavit eas tantum Constitutiones, quæ de beneficiis Ecclesiasticis fuerunt editæ, & improbavit reliqua omnia, quæ aliorum Conciliorum Decretis, & Constitutionibus non sunt distincta. Quibus verbis evidenter apparet prædictam Constitutionem Concilii Basileensis in ea parte, in qua præcipit vitari omnes notorie excommunicatos etiam non denunciatos, fuisse penitus reprobata, quia non solum in ea parte non reperitur idem distinctum in alijs Concilijs, prout requiritur ad hoc ut cadat sub prælatione Nicolai; sed potius reperitur distinctum oppositum in Constitutione Constantiensis, quæ præcipit vitari non denunciatos, nisi sint notorii clericorum percussores. Rationes autem cum acta Synodi Basileensis fuerint invalida fuisse recensentur à Card. Turrecr. qui in minoribus agens eidem Synodo interfuit, in *summa de Eccl. lib. 2. cap. 100.* Quamobrem quoad notorie excommunicatos non denunciatos servandum esse decretum Constantiensis Concilij iuxta generalem Ecclesiæ usum docuerunt S. Anton. in *3. par. tit. 28. Adrian. in 4. materia de Clavib. Cajet. in summa, in ver. Excommunicatio maior, & in 2. q. 12. ar. 2.* Idemque Sylvest. in *consolatorio Epistoliarum* ubi vidit Turrecr. matam, à priorum lententia discessit; quod & Navarr. fecit in ultima impressione. *Man. cap. 3. num. 8. & cap. 27. num. 35.* & similiter Covarr. *præalleg. in cap. Alma mater. par. 1. §. 2. num. 9. vers. Superest igitur.* Fatetur magis receptam esse in Christiano Orbe Martini V. & Constantiensis Constitutionem. Unde refert Avila in *tract. de cens. lib. 2. dub. 2. vers. Secunda opinio, in Angla, & Germania Catholicos turd cum notorie hæreticis communicare*; nam non dicunt nominatim denunciati ex eo quod in Bulla Censuræ feratur censure in schismaticos generaliter non nominatis personis, ut animadvertit *Sot. in 4. d. 22. q. 1. ar. 4. vers. In ista questione usq; ad vers. Quodsi arguas.* Sed ad hoc ut dicantur non tolerari necesse est, ut notentur censura expresso nomine proprio, aut aliquot appositis signis, quæ certè, & absque ullo dubio cum, qui excommunicatur, significant, & demonstrant, secundum Covarr. in *d. c. Alma mater. §. 2. num. 8.* & ante eum glos. in *Clem. in verb. Nominatim, de vita & honest. cleric. quæ communitur illic recipitur.* Non oblat quod prædicta Constitutio *ad vitandum*; ad eum modum, quo condita fuit in Concilio Basileensi, postea ad litteram repetita fuerit, & innovata in Concilio Moguntino *cap. 104. anno 1549.* ut patet *tom. 4. Conciliorum, par. 2. pag. 268.* Quoniam hæc Synodus fuit provincialis sub Sebastiano Archiepiscopo, nec apparet confirmata per Sedem Apostolicam; Unde nullatenus derogavit Constitutioni editæ in generali Concilio Constantiense, text. est in *cap. Quod super his, & ibi dixi, de major. & obed. & censur. S. Congregatio Concilij superioribus annis in causa Concilii provincialis*

cialis Gnesiensis; & ad summam hæc Constitutio servanda esset solummodo in provincia Moguntina, extra quam Synodus jurisdictionem non habet, *cap. Decernimus, 3. q. 9. cap. Cum sit, de iudeis, cap. 1. & per tot. 13. dist. glos. & DD. in cap. Domino Sancto 50. dist.* Sequitur hic, ut Episcopi schismatici ex recepta omnium sententia tanquã excommunicati tolerati, id est non nominatim denunciati actus jurisdictionis valde exercent, ac beneficia conferant, ut in specie de collationibus beneficiorum post Concilium Constantiense adnotavit *Sot. loco cit. vers. Primum enim.* Ratio est, quia fit ab Episcopo ratione publici muneris, & valent actus, qui geruntur publici muneris auctoritate ab excommunicatis dum tolerantur, *Ad probandum, ubi Felin. de re iudic. Abb. & alij in cap. Veritas, de dolo, & contum.* Et in terminis Constantiensis Concilij tradit Sarnen, in *tractatu expectativarum, num. 60.* & Covarr. in *d. c. Alma mater, par. 1. §. 7. num. 9.* Suarez *tom. 5. de Censur. dist. 14. sect. 2. num. 3.* & Sayr. in *cod. tract. lib. 2. cap. 6. nu. 8.* Itaque cum Valadica, ut initio probavimus sint veri Episcopi Ruthenorum, & tanquam tolerati, idest non denunciati nominatim, possint actus jurisdictionis exercere, & beneficia ecclesiastica conferre; necessariò videtur sequi, ut quantum in ipsis est. Pones ab eis instituti in possessione beneficij curati sint veri Ruthenorum Parochi, & consequenter valida sint matrimonia coram eis, & duobus testibus contracta; Neque enim aliud exigit Tridentinum Conciliũ in *c. 1. sess. 24. de reform. matrim.*

53 Sed his non obstantibus sub censura Ecclesiæ existimo irrita omnino esse huiusmodi conjugia; & movere præcipue ex tribus fundamentis.

Primum fundamentum est, quia Constitutio Constantiensis concilij qua parte habilitat Catholicos ad communicandum cum notorie excommunicatis, dummodo non sint denunciati, aut notorii clericorum percussores, fuit abrogata per contrariam Constitutionem concilij Lateranensis sub Leone X. quod ut evidentiùs appareat, expendenda sunt verba utriusq; Constitutionis. Et quidem tenor Constantiensis ad eum modum, quod refertur, à S. Antonin. Felin. Sylvest. & Soto *locis supracit. nu. 59.* Talis est, videlicet. (Ad vitanda scandala, & multa pericula, quæ conscientijs timoratis contingere possent, Christi fidelibus misericorditer indulgemus, ut nemo deinceps à comunione alicujus in Sacramentorum administratione, vel receptione, aut alijs quibuscumque divinis, vel extra prætextu cuiuscumque sententiæ, aut censure ecclesiasticæ, seu suspensionis, aut prohibitionis ab homine, vel à jure generaliter promulgatæ teneatur abstinere, vel aliquem vitare, vel interdici Ecclesiasticum observare, nisi sententiã prohibitiõis, suspensiois, vel censura hujusmodi fuerit, vel contra personam, Collegium, Universitatem, Ecclesiam, aut locum certum, aut certam à iudice publicata, & denunciata specialiter, & expressè, constitutionibus Apostolicis, & alijs in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, salvo si quem pro sacrilega manu in clericos iniectione sententiam latam à Canone ad eod notorie consulerit incidisse, ut factum non possit aliqua tergiversatione clari, nec aliquo suffragio excludi: nam à comunione illius, licet denunciatus non fuerit, volumus abstinere iuxta

canonicas sanctiones.) Hactenus verba constitutionis Constantiensis, ex quibus apparet nõ esse vitandos notorie excommunicatos, nisi sint specialiter denunciati, aut notorium furtat ex violenta manu iniectione in clericos, ut relatis verbis S. Antonini sub nomine Archiepiscopi Florentini, & Angeli in *ver. Excommunicatio, 8.* in proprijs terminis declarat Decius in *c. A nobis, nu. 21. vers. Adde vero, de except. & Covarr. in d. c. Alma mater, par. 1. §. 2. num. 7. vers. Ex quibus satis apparet.* [Etenim in Constitutione prædicta solum excipitur unus casus notorius, videlicet violentæ manu iniectionis in clericum: ergo in alijs casibus regula videtur generaliter habere locum, quia exceptio facta in uno casu, videtur confirmare regulam in alijs, *cap. 2. de coniug. leproso, c. Dominus, 3. q. 7. & notat Bartol. in l. Questio, §. Denique, ff. de fund. instruit.* Nec obstat quod in facto notorio non requiratur denunciatio; quia procedit de jure communi; secus attenda prædicta Constitutio.] Hæc Decius, ubi etiam salvat Abbatem in *Clemen. 2. de sentent. excomm.* quod si intelligitur juxta Constitutionem, quam allegat, idest Basileensem, ut patet ex dictis supra *num. 44.*

55 Constitutio verò Concilij Lateranensis habetur *sess. 11. in §. Statuimus in super, ut ad vitandum scandala, tom. 4. Conciliorum, p. 2. pag. 117. col. 2. & concordat de verbo ad verbum cum Constitutione edita Constantiense, usque ad *verf. Salvo, &c.* Sed postea ubi Constantiensis excipit notorios clericorum percussores; hæc Lateranensis, excipit generaliter omnes notorie excommunicatos his verbis. (Aut si ita notorie in excommunicationis sententiam consulerit incidisse, quod nulla possit tergiversatione clari, aut aliquo jure suffragio excludi: nam à comunione illius abstinere volumus juxta canonicas sanctiones.) Hæc ibi, Quæ clausula manifestè opponitur clausulæ Constitutionis præcedentis. In illa enim Catholici habilitantur ad communicandum cum excommunicatis etiam notorie ante denunciationem, nisi sint notorie excommunicati propter sacrilegam manu iniectionem in clericos: in hac verò prohibetur communicare indistinctè cum omnibus excommunicatis etiam non denunciatis, quorum crimen est ad eod notorium, ut nulla possit tergiversatione clari, juxta text. in *cap. Tua nos, &c. in de cohabit. clerico. & mulier.* Ergo hæc in parte Constitutio Lateranensis tamquam posteriò derogavit contrariæ Constantiensis, licet illius nullã fecerit mentionem, ut est text. in *cap. 1.* ubi id notant glos. Arcid. Jo. Mon. Jo. Andr. Gemin. & reliqui omnes, *de Constit. lib. 6.* Et de Constitutionibus conciliaribus, quæ invicem adversantur, tradunt Turrecr. & Præpof. in *cap. Domino Sancto, 50. dist. & dixi in c. Normilli, de rescript.* Et pro hæc sententiã allegari possunt Abb. Pisanella, Felin. Sylvest. Navarr. & Covarr. citati supra *nu. 41. & 44.* Hi enim auctores, cum in terminis Constitutionis Basileensis teneant notorie excommunicatos esse vitandos, etiam non fuerint specialiter denunciati; quæ existimandi sunt idem sentire in terminis Constitutionis Lateranensis, quæ de verbo ad verbum concordat cum Basileensi. Et quamvis Sylvest. & Navarr. postea se retractaverint; tamè fuerunt, quia ex testimonio Turrecr. intellexerunt acta Concilij Basileensis fuisse*

invalida, ut dictum est supra n. 49. Quo fundamento cessante, prout cessat in Constitutione Concilii Lateranensis, quae est eadem cum Basilicensi; iudicandi sunt in priori sententia persistere. Atque hinc sequitur, ut Voladicz, & Popone Rutheni, quorum schisma est adeo notorium, ut nulla possit tergiversatione celari; hodie dicantur excommunicati non tolerati ex praedicta Constitutione Concilii Lateranensis, ad qua DD, nostri non videntur advertisse; ac subinde invalidae sint collationes parochialium ecclesiarum; tum ex parte ipsius collatoris, ut de schismaticis est calus hic, ubi irritae decernuntur collationes beneficiorum a schismaticis factae; & de collatore excommunicato est text. in c. un. Ne sibi vac. lib. 6. ubi id notant glo. in ver. Maioris, Gemin. & Anchar. n. 2. Franco, idem n. 2. ubi rationem reddit quia parificatur Praelatus naturaliter mortuus, & excommunicatus: & de excommunicato non tolerato, qualls est notorius, aut etiam publicus declarat Imola in cap. Veritatis, n. 17. de dol. & contum. Abb. in c. si vero, n. 9. de sent. excomm. & Socm. in c. s. a. criu. n. 88. eod. tit. tum ex parte collatoris, seu provisorii: collatio enim beneficii facta schismatico, seu haeretico est ipso iure nulla, ex cap. 2. de haeret. lib. 6. quemadmodum & facta excommunicato, cap. Postulatus, de Cler. excomm. minist. & patet in tertio prox. fundamento: & successively irrita sunt matrimonium coram Poponibus celebrata, cum non sint veri consentientium parochi, ut pro forma requiritur ex decreto d. cap. 1. vers. Qui aliter qua presente parochi, sess. 24. de resor. matrimon.

61. Neque obstat quod ex consuetudine jam receptum sit ut ad praescriptum Constitutionis Constantiensis non habeantur pro excommunicato non tolerato nisi nominati denunciati, & notorii percussores Clericorum, ut testantur Soto, & Covarr. locis citatis, & alii Doctores passim. Nam respondetur, huiusmodi consuetudinem adversari antedictae Constitutioni Concilii Lateranensis, ut ostensum est supra n. 33. ac proinde non valere, ut in terminis alterius Concilii Lateranensis sub Innocentio III. etiam in materia ad Fidem non pertinente docet Host. in c. Cum laicus, n. 11. de reb. Eccles. non alienan. ubi ait illud esse Concilium generale, quod est observandum sicut Evangelium, cap. Sicut 15. dist. ergo non valet contraria consuetudo, cap. fin. de consuet. & cap. fin. de praescript. & Hostiensis eodem verbis referunt, & sequuntur ibi Jo. Andr. n. 3. in fin. vers. Hoc enim est Concilium generale servandum ut Evangelium: ergo non valet consuetudo contraria. Et Card. n. 7. vers. Hoc enim est Concilium, Bald. in tit. de pace Constan. col. 4. in ver. Mos Romano-rum sub num. 22. in fin. Jal. in l. De quibus, col. 13. num. 14. vers. Ad id quod eodem modo nihil valet consuetudo aliquid introducens contra Concilia generalia, ff. de leg. & Rocchus de Curt. in tract. de consuet. num. 546. vers. Secundo limita: quorum sententiam meo tempore secuta est Sacra Congregatio Concilii in causa Mediolanen. privilegiori, ut dixi in d. cap. Cum laico.

62. Praeterea participatio in divinis cum excommunicato non tolerato, quales ex praedicta Constitutione Lateranensis sunt omnes notorie excommunicati, est culpa mortalis, ut est textus in cap. Sacris, supra de bis, qua vi, in vers. can. Ubi Innocentius III. decidit eum, qui per metum indu-

citur ad communicandum cum excommunicato incidere in excommunicationem; & subvertit rationem, quia licet metus attenuet culpam, quia tamen non eam profus excludit, cum pro nullo metu debeat quis mortale peccatum incurrere, excommunicationis labe credimus inquirari: ad idem textus in cap. Rogo, n. 9. 3. ibi (Ne cuiquam sacerdoti suprascripto Maximo communicanti contra animam suam quisquam vestrum communicare praesumat ubi glof. post Hug. exponit verbum illud, communicanti, id est in sacris, concordat text. in cap. Exceptionem, ibi, in periculum anime, de except. & quamvis valde sit controversum inter Doctores an participatio extra divina sit venialis, quod fuse examinat Archid. in d. cap. Rogo, & Jo. Andr. in d. cap. Sacris; tamen in divinis consentiunt omnes esse mortalem, ut post D. Thomam, quem citant, concludunt Archid. & Jo. Andr. cum quibus transeunt communiter DD, locis citatis, & Navarr. in Manual. cap. 27. nu. 29. & 30. Quod convinctur ex eo, quod sic communicatis excommunicantur majori excommunicatione, cap. Significavit, de sent. excomm. glof. in cap. Statuimus, in ver. Constitutionibus, eod. tit. in 6. major autem excommunicatio non infligitur nisi pro peccato mortali, cap. Nemo Episcoporum, n. 9. 3. secundum Archid. & Jo. Andr. ubi supra.

64. Quinimo non desunt Theologi, qui putent esse culpam laethalem communicare in sacris cum haereticis, & excommunicatis etiam toleratis, prout in terminis Constitutionis Constantiensis, Ad evitanda, de communicantibus cum excommunicatis non denunciatis, nec notorijs Clericorum percussoribus censet ex recentioribus Suarez in 3. p. q. 65. art. 4. dist. 18. sect. 1. col. 5. littera B. (Quia, inquit, quamvis ex ratione excommunicationis solum astringantur fideles vitare excommunicatum denunciatum, aut notorium Clericorum percussorem; ac proinde ab alijs excommunicatis interdicitur illis recipere sacramenta. At ex vi legis charitatis de vitando scandalo, & generalis obligationis non cooperandi ad peccatum alterius, obligantur fideles ad non petendum, nec recipiendum sacramenta a ministro quomodocumq; excommunicato eo quod ille peccat ministrando.) Neque haec obligatio cum naturalis sit, potuit per decretum Concilij Constantiensis auferri: & quavis in hoc articulo alij aliter sentiant, ut Sanchez de matrim. lib. 7. dist. 9. n. 7. & seqq. tamen extra controversiam est, semota Constitutione Constantiensis, esse mortalem culpam communicare in sacris cum notorie excommunicatis. Ergo consuetudo contraria non valet, quia est irrationabilis, & nutritiva peccati, cap. fin. de consuet. cap. Elegit, 22. q. 7. Jo. Andr. in cap. Exspiranda, in verb. Consuetudine, de praeb. Feder. de Sen. conf. 275. Casus talis est in statuto, in princ. Calder conf. 42. de consuet. Cum enim tanto sint graviora peccata, quanto diutius infelicem animam detinent alligatam, nemo sane mentis intelligit, juri, cujus transgressio periculum salutis inducit, quaeumque consuetudine, quae dicenda est potius corruptela, posse aliquatenus derogari; ut legitur in eod. c. fin.

Accedit quod cum haec communicatio in divinis annexam habeat excommunicationem majorem, ut proxime dictum est; etiam ex hoc capite non potest valide introduci contraria consuetudo, quia contrafacietes statim incidunt in penam, & in

in factum damnatum, cap. Audivimus, 24. qu. 1. Host. in cap. 1. nu. 6. vers. Sed querebat an Praelati, supra de regna, & pace, Alphonsi a Castro de pot. legis penal. lib. 2. cap. 12. post primam conclusionem.

Concluditur ergo ex decreto concilij Lateranensis Ruthenos tamquam notorie schismaticos esse excommunicatos non toleratos, non obstante Constitutione Constantiensis, & contracta consuetudine, ac propterea nullas esse collationes parochialium ab eis factas active, & passive, & consequenter irrita esse matrimonia coram Popis celebrata. Cogitandum est tamen an praedicta Constitutio Lateranensis cum reperitur inserta in concordatis inter Leonem X. & Franciscum I. habeat locum, & servanda sit extra Regnum Franciae; generaliter enim tenendum esse videtur ad notorium in cap. penult. in marg. ad glof. 2. de Cler. excomm. minist.

66. Secundum fundamentum nullitatis matrimonij deducitur ab Extravaganti Pauli IV. Cum ex Apostolatus, edita 15. Kalen. Martij 1559. in qua statuitur ut haeretici, & schismatici ultra sententias, & penas a varijs Pontificibus in illis factas ipso iure privati omnibus Ecclesijs etiam Cathedralibus, Metropolitanis, Patriarchalibus, ac quibuscumque dignitatibus, & beneficijs ecclesiasticis.

67. Quae quidem Constitutio ad incurrendam praedictam penam privationis, non requiritur ut haeretici vel schismatici sint publici, & nominati denunciati; & in hoc videntur addere Decretal. Innocentij III. in cap. Excommunicamus, §. Credentes, de haeret. nec loquitur tantummodo de confessis, vel convictis, sicut loquitur cap. Ad abolendam, eod. tit. sed etiam de deprehensis in crimine haereticis, vel schismaticis, Quinimo in §. Adhuc, disponit (Sicullo unquam tempore apparuerit aliquem Episcopum etiam pro Archiepiscopo, Patriarcha, vel Primatate se getentem ante eius promotionem a fide Catholica devotissimam, aut in aliquam haerem incidisse, seu schisma incurrisse, promotio de eo facta irrita, atque inanis existat, nec convalescat per suceptionem munieris, consecrationis, aut subsecutum regiminis, & administrationis professionem, vel cuiusvis temporis cursum, nec pro legitimam aliquam sui parte habeatur, nullamque talibus in Episcopos, seu Archiepiscopos, vel Patriarchas, aut Primates promotis in spiritualibus, vel temporalibus administrationibus facultatem tribuere censetur, si omnia, & singula per eos quomodolibet gesta, & administrata, ac inde sequuta quaecumque viribus careant, & nullam prorsus firmitatem, nec jus alicui tribuant, sintque ipsi sic promoti eo ipso absque alia desuper declaratione faciendi omni dignitate, loci, titulo, honore, officio, autoritate, & potestate privati.)

68. Quo loco ponderandum est illud verbum, apparet, quod proprie verificatur in Graecis nostri temporis, quorum haereticis, & schisma notorium est, cap. Tu nos, & cap. fin. de cohabit. Clericor. & mulier. cum praesertim etiam ex praesumptionibus aliquid dicatur apparere, ut est text. in c. Scribam, de praesumpti. Similiter ponderanda sunt illa verba, absque alia declaratione: nam etsi verba haec regulariter non excludant declarationem super facto, cap. Cum secundum, de haeret. in 6. d. cum Prosp. Fagn. in 1. part. §. ibi. Decretal.

qui delatorem, ubi Bart. ff. de iure fisci, Anchar. in Clem. 1. 6. notab. de panis tamen nec declaratoria facti requiritur ubi crimen est notorium, cap. Perremi, & ibi Abb. de appell. Innoc. in cap. In Lateranensi, num. 1. vers. Nisi forte esset notoria bonum participatio, de praeb. cum quo transeunt ibi communiter DD. Felin. in cap. Rudolphus, n. 37. vers. Limita primo, & n. 39. Salva veritate, de resor. hanc enim tria equiparantur, iudicis denunciatio, propria confessio, & rei evidenti, ut est calus in d. c. fin. de cohabit. Cler. & mulier. & eo magis, quia praedicta Constitutio Pauli IV. in §. Et insuper, utitur illis verbis: eo ipso absque aliquo iuris, aut facti ministerio. Denique expendenda sunt verba, nullam prorsus firmitatem, nec jus alicui tribuant: quae clare ostendunt provisiones huiusmodi esse nullas non solum in favorem schismaticorum, sed etiam Catholicorum.

69. Ac propterea Pius V. in Constitutione incip. Cum ex Apostolatus, edita 6. Kal. Februarij 1567. reservavit Sedi Apostolicae beneficia propter haereticam vacantiam, declaravitque illa non comprehendi in impetrationibus, in quibus modas vacationis propter crimen haereticum non sit expressus. Et subinde Gregorius XIII. in Constitutione, in Ecclesijs, edita 18. Novembrii 1586. decrevit dispositiones beneficiorum factas Apostolica, vel ordinaria auctoritate, in personam haereticorum, aut ab eis descendendum vires, & effectum non habere, & beneficia huiusmodi prius vacare, & sub priori affectione, vel reservatione manere, & alia non dum reservata, neque effecta ad novam Romani Pontificis dispositionem tantum pertinere, eaque ab alijs idoneis ab ipsa Sede dumtaxat libere impetrari posse. Quomobrem etiam Concilium Constantiensis habitaet schismaticos ad beneficia conferenda, vel obtinenda, & illius dispositio sublata non esset ex concilio Lateranensis tamen cum in hoc contrarium decerneret Paulus IV. Pius V. & Gregorius XIII. standum erit illorum Extravagantibus tanquam posterioribus. Ad hoc enim Constitutio posterior tollit priorem Conciliarum non est opus ut specialiter deroget Concilio generali, quia haec derogatio requiritur tantum in privilegijs, & litteris gratiae, iuxta textum in cap. Ex parte, de Capell. Monach. & cap. Eam se, de atar. & qualis. non autem in Constitutionibus, quae sunt per modum legis universalis, ut est calus in cap. 1. ubi glof. Arch. & omnes notant de Constit. in 6. & dixi late in cap. Nonnulli, n. 29. supra de rescript.

72. Ultimum fundamentum nullitatis matrimonij est, quia etiam Constitutio Constantiensis remaneret in suo robore, nec sublata esset per posteriores Constitutiones; tamen lata fuit ad vitanda scandala, & consulendum timoratis conscientijs eorum, qui cum excommunicatis communicabant. Hi enim si sint Catholici ex dicta Constitutione, sacramenta, & beneficiorum collationes valide recipiunt ab excommunicatis toleratis. Verum per hoc nullum jus ipsi excommunicatis tribuitur, ut ibi declaratur in fine in haec verba: [Per hoc tamen huiusmodi excommunicatos, suspensos, interdictos, seu prohibitos non intendimus in aliquos relevare, nec eis quomodolibet suffragari.] Quae clausula postea fuit ad litteram repetita tam in Concilio Basiliensi, & Moguntino, quam in Lateranensi. Ergo quantum pertinet ad ipsos

excommunicatos, & illorum favor, cum teneantur abstinere ab his, quae excommunicatis a Sacris Canonibus sunt interdicta, ut in terminis praedictae Constitutionis post S. Antonin. quem citat, tradit Sylvest. excomm. s. nu. 8. vers. sed hoc non habetur extextu, Covarr. in c. Alma mater. par. 1. s. 2. num. 11. Navar. in Manual. c. 27. n. 35. vers. Nota secundo, hinc sequitur ut provisiones Parochialium Ecclesiarum tam activae, quam passivae nullam habeant roboris firmitatem: nam cum excommunicati etiam non denunciati in nullo inventur, ex praedicta Constitutione utiq; subijciuntur per omnia dispositioni juris communis. De iure communi autem collatio beneficii facta excommunicato quales sunt, hodie omnes schismatici saltem ex Bulla Coenae Domini, irrita est ipso iure, & est casus in cap. Postulasti, ut offensum est supra in 4. not. de Cler. excomm. ministr. ubi Innoc. III. (Cum, inquit, excommunicatis communicari non debeat, Clericis excommunicationis vinculo innodatis ecclesiastica beneficia conferri non possunt nec illi valent ea licite retinere.) Ad idem tex. in cap. Post cessionem, de probat. & tradunt DD. utrobique, & Selua. de benef. s. p. q. 4. & Caputaq. de 74 c. 1. s. 10. p. 2. n. 6. & 10. idque procedit non modo ante denunciationem, ut probatur in d. cap. Postulasti, juncto ea, Cum non ab homine, de sent. excomm. sed etiam si excommunicatio sit occultata: ad hoc nec in foro conscientiae, beneficium excommunicato collatum possit ab ipso retineri, ut patet ex littera d. c. Postulasti ibi; (nec illi valent ea licite retinere.) ubi id not. Rebuff. in glos. in 76 ver. Retinere, n. 62. Ac propterea in litteris Apostolicis provisionum ad validandam gratiam in favorem excommunicati non denunciati ex stylo apponitur clausula absolutiois a censuris ad effectum gratiae dumtaxat consequendum per illa verba, Teque a quibusvis, &c. ut per Felin. in cap. Apostolica, in princip. de excep. Staphil. de litteris gratiae, s. de vi, & esset clausularum, s. 2. n. 7. Boer. decis. 290. Rebuff. in praxi in forma, & declaratione vovae provisionis, in ver. Teque absolventes, & in concord. in forma mandati Apostolici, verb. Quavis occasione, Mandol. de Signatura gratiae, s. de provision. vers. Clausula. Et cum absolute, Navar. in c. 1. tra. quorundam, de iudic. in 11. not. ab. & in Manual. c. 27. n. 22. vers. Decimotertio annullat rescripta. Ratio huius conclusionis est, quia in his quae non geruntur ratione publici officij, sicuti est beneficium obtinere, nulla est differentia inter excommunicatum publicum, & occultum, Abb. in c. Ad probandum, n. 12. & 13. de re iudic. & latius patebit infra in 2. responsione ad quartam opposit. n. 17. Similiter collatio beneficii facta haeretico, quales esse schismaticos nostris temporis ostensum est supra n. 16, est ipso iure nulla ex Decretal. Alexandri V. in c. 2. s. Haereticus, de haeret. lib. 6. ibi; Ad nullum ecclesiasticum beneficium admittantur; quod si fecus actum fuerit, decernimus irritum, & inane.) Unde haereticos iustum esse irregulares, & inhabiles ad beneficia obtinenda scripsit Specul. tit. de dispensat. s. iuxta n. 16. vers. Dicens quod est irregularis haereticus, & sequuntur Felin. in c. Eam te, de refer. n. 12. in 1. limitat. Lambert. de iur. par. in 1. p. lib. 1. qu. 7. ar. 4. num. 26. Mandol. de Signatura gratiae, s. de absolute ab haeret. in princip. Majolus de irregular. lib. 5. cap. 46. n. 1. & 2. Navar. in Man. cap. 27. n. 20. s.

vers. Tertio dico, per text. in cap. Siqui omnem 1. qu. 7. & d. s. Haereticus. Ad idem text. in cap. Nec consuetudinem, 12. dist. ibi; (Exceptis his, qui ex Donatistis ad Episcopatum perveniunt, quos proventu ad Primatus dignitatem modis omnibus prohibemus.) & ibi glos. fin. & in cap. Quia diligentia de elect. ubi si schismaticus ad unionem Ecclesiae reversus eligitur in Episcopum, electio non tenet: & quamvis nonnulli contradicant in haeretico occulto, & ad fidem converso, ut apud Sazrum de censur. lib. 7. cap. unum. 16. tamen ubi crimen est publicum, & multo magis ubi est notorium, & ante emendationem, ut hoc casus omnes conveniunt haeretico esse irregulares, & inhabiles ad beneficia, iuxta text. in d. s. Haereticus, & quidem ea inhabilitate, quae non solum titulum, sed etiam possessionem inficit, ac nudam detentionem, cap. Quo iure, & ibi glos. & Turrecrem. 8. dist. Gomel. in reg. de annali. qu. 51. vers. Limitatur tamen. Propterea nullitas collationis surgit hoc casu etiam ex defectu potestatis collatoris; qui Episcopi excommunicati, quales sunt Rutheni per cap. Excommunicamus, 1. & 2. & cap. Ab abolendam, de haeret. & Bullam Coenae Domini, ut latius dictum est supra in 4. notabili etiam ante denunciationem sunt destituti omni profus facultate beneficia conferendi, ut dixit Rota coram Cesare de Grassi. decis. 191. nu. 12. & n. 20. & est text. in cap. Vnicuique, & ibi Doctores, nec sede vacan. lib. 6. Expropterea in causa Assisiani Canonici 25. Junij 1599. coram Episcopo fuit resolutum collationem factam ab Episcopo suspensio, ad collationem beneficiorum ex eo quod beneficium vacans per resignationem contulit consanguineo resignantis, ex Constitutione 58. Pij V. esse nullam, & sic esse iustificatam gratiam illius, qui impetravit dictum Canonieum ab Episcopo collatum, narrando illum esse suspensum a collatione, qui tamen non erat suspensus denunciatus, ut refert Garzia de benefic. p. 5. ca. 4. num. 326. Quinimo id procedere etiam in occulte excommunicato censur. Rota interventor. decis. 534. n. 2. para. Et quamvis hoc non transeat absque difficultate, per ea quae dicuntur infra n. 126. & seqq. tamen ubi excommunicatio est non solum publica, sed etiam notoria, ut in casu praesenti, extra controversiam est collationem esse nullam, Anchar. in cap. Nihil, quasi 4. in fin. de elect. & eodem modo irrita est collatio facta ab Episcopo schismatico, ut est textus hic, & cap. 80. fin. infra eod. Siquit de iure communi invalidae sunt collationes beneficiorum tam ex defectu potestatis collatorum, quam ex inhabilitate obtinentium propter notorium vitium schismatici, & excommunicationis; & Episcopi, & sacerdotes Rutheni tamquam notorie schismatici, & excommunicati in nihilo relevantur ex Constitutione edita Constantiae: manifeste hinc apparet non valere matrimonium contracta coram Popis Ruthenis, irritum enim est matrimonium celebratum coram Parocho palam intruso, ac titulum non habente, ut post Concilium Tridentinum censent Henriquez de matrim. lib. 11. cap. 3. n. 4. Manuel. in summo. tom. 1. cap. 219. n. 8. in secunda edit. & post eum Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 22. n. 63. & alij recentiores. Nec refert quod valeat matrimonium contractum coram Parocho excommunicato etiam denunciato.

annunciato, ut respondit S. Congregatio Concilij tempore Cardinalis Matthaei re diligenter examinata: Quia id procedit in excommunicato, qui alius sit verus Parochus. Ita enim colligitur ex votis Cardinalium, qui unanimes dixerunt excommunicatum non desinere esse parochum, quia retinet beneficia prius obventa, licet non possit acquirere de novo, cap. Cum bona memoria, de stat. & qualite. & d. c. Postulasti, de cler. excomm. ministr. Sed Popones cum ob praecedentem excommunicationem, & schisma fuerint beneficiorum incapaces, dici non possunt veri Parochi Ruthenorum. Ac propterea videtur respondendum non valere matrimonium coram eis contracta ad instar alterius decisionis S. Congregationis, qua declaratum fuit nullum esse matrimonium contractum coram Parocho publico haeretico, si decretum Concilij de reform. matr. sess. 24. cap. 1. Publicatum fuerat in parochia, & lapsi erant triginta dies a die publicationis. Sed contra hoc tertium, & ultimum fundamentum multa, & gravia videntur argere. Opponitur enim primo, Constitutio Constantiensis, ad evitanda, indulget Catholicis ut possint recipere Ecclesiastica Sacramenta, etiam ab haereticis, & schismaticis non denunciatis secundum Navar. cons. 10. num. 2. de haeretico, & de orat. c. 2. 10. nova impress. Gabriel Sotum, Ledesma, & Henricus citatus a Sayro de censur. lib. 2. cap. 12. num. 2. Sed ab haereticis, seu schismaticis Catholicis Sacramenta recipere non possunt, nisi illi habeant titulum canonieum parochialis Ecclesiae, cuius ratione Catholici sunt eorum subditi, c. Ecclesiae, 13. q. 1. glo. 2. in c. Nec numerus, 10. q. 3. Ergo ne indultum Catholicorum sit inane, & elusorium contra cap. In his, de privil. dicendum est haereticos, & schismaticos fuisse effectos habiles etiam ad parochiales obtinendas, tamquam necessarium antecessans ad Sacramentorum administrationem argum. Lud. ff. de acquir. hered. l. ad rem mobilem, & l. ad legatum, ff. de procur. cap. Praeterea, de off. Deleg. eum concord. de quibus per glos. fin. in cap. 1. eod. dem tit. Generale est enim in omni materia, ut in concessione consequentis includatur suum necessarium antecessans, Jaf. & Curt. iun. in l. 2. in princ. ff. de iurisdi. omni. iudic. ita ut etiam tacita dispensatio inducat super defectu quando alias gratia nulla esset, vel ex ea nulla utilitatis perciperetur. Oldrad. cons. 332. num. 8. vers. Item de unam, & plura hac de re cumulant DD. in d. l. 2. Et in terminis nostris ita videtur tenere Gemin. cons. 88. Innocen. in princ. colum. 1. vers. Nec obstant si dicatur: ubi dicit post Constitutionem Concilij Constantiensis non posse objici haereticis, vel schismaticis quod privati sint suis dignitatibus, & beneficiis, quia per dictam Constitutionem praclusa est via tale vitium obijciendi. Et quamvis hoc dicat in argumentis; tamen in fine illius cons. ult. sub num. 4. vers. Nec obstant fundamentum, in responsionibus ad obiecta praedictam doctrinam non impugnat; quin potius videtur tacite approbare. Verum huic obiectioni responderet praedicta Constitutio, ad evitanda; dum tribuit facultatem Catholicis recipiendi Sacramenta ab excommunicatis, in reliquis supponere terminos habiles respectu excommunicatorum, id est seclusa excommunicatione nullum aliud eis obistere ca-

nonicum impedimentum text. est in cap. unice de atat. & qualite. in 6. ubi indultum concessum Episcopis dispensandi cum maioribus viginti annis ad dignitates, & personatus curam animarum non habentes intelligitur si aliud non obstat canonice, id est, quia non sunt illegitimi, non corpore vitiosi, non bigami, nec criminiosi, ut ibi explicat glos. in ver. Canonieum; ad idem tex. in c. 1. de fl. Presbyr. eod. lib. & generaliter tradunt Dec. in cap. Cum omnes, in 2. lectura. num. 2. de Constit. Jaf. in l. 2. s. Prator. num. 3. ff. Qui satisd. cogant. Cravett. cons. 307. Statutum. num. 2. Roland. a Valle cons. 61. nu. 43. & seq. lib. 1. post Bart. in l. si tertius, in fin. ff. de aqu. plur. arden. Et pluribus exemplis hanc regulam confirmat Jaf. in d. s. Prator. Quocirca Constit. Concilij Constantiensis quoad ordinem collationem, & jurisdictionem supponit Episcopos excommunicatos non solum esse rite, & recte consecratos; & sic habere potestatem sacramentalis; sed etiam habere titulum canonieum a Papa, qui solus potest promovere ad Episcopales, & Archiepiscopales, & alias majores dignitates, cap. 2. de praben. lib. 6. cap. 1. 2. 2. dist. Gemin. d. cons. 88. num. 3. & sic habere potestatem etiam jurisdictionalem secundum distinctionem D. Thomae in 2. 2. q. 39. ar. 3. Item supponit Episcopum esse Ordinarium eorum, quibus vult ordines conferre, cum non liceat Ordines suscipere nisi ab Episcopo originis, beneficii, vel domicilij, cap. Cum nullus, de tempor. ordin. in 6. Nam sublato etiam vinculo excommunicationis, Episcopi non possunt non subditos ordinare, aut in eos jurisdictionem exercere, c. 3. de Paroch. Unde bene Innoc. hic num. 4. (Praelatus, inquit, intrusus non potest subditis, quibus per intrusionem datus est Praelatus, conferre sacramenta, & conferendo non confert executionem, non quia sit suspensus, sed quia non suis subditis non potest executionem conferre.) Similiter quod Confessiones sacramentales respectu Sacerdotum praedicta Constitutio supponit eos non solum esse alias rite, & recte ordinatos, secundum Navar. d. cons. 10. de haeret. Sed etiam habere titulum canonieum parochialis Ecclesiae, vel licentiam proptij Sacerdotij iuxta textum in cap. Omnis, de pient. & remiss. & in cap. 2. eod. tit. l. 6. Hoc est Papa, vel Episcopi dicecesani, aut parochialis Presbyteri ut legitur, & notatur in Extrav. Vae electionis, de haeret. Est enim sacramentalis absolutio actus judicialis, qui in non subditum valide exerceri non potest, ut est diffinitum a Trident. Synodo, de Sacramento Penitentiae sess. 14. cap. 7. de Casuum reservat. Sed & quoad Sacramenta Uctionis extremae, vel Eucharistiae, aut Matrimonij supponit excommunicatos illa administrantes, aut esse parochiales Presbyteros, aut habere ab alio specialiam licentiam, iuxta textum in Clem. Religiosi, de privil. Et in summa hujusmodi Constitutio hoc tantum facit, id est habilitat Catholicos ad recipienda Sacramenta ab illis Sacerdotibus, qui ordinis executionem non habent propter excommunicationem, vel aliam prohibitionem Ecclesiae, ut latius dicam infra in responsione ad secundam oppositionem. Et hoc solum impedimentum avertit; canonicam vero institutionem, ac caeteras habilitates non supplet, sed supponit, ut ex praedictis patet. Neq; huic casui applicatur doctrina in con-

trarium adducta, quod inducta sit rehabilitatio, & validatio titulorum tanquam necessarium antecedens. Quandoquidem hæc doctrina procedit tantum quando indultum aliis nihil profus operaretur; tunc enim Princeps censetur tacite super inhabilitate dispensare, nec alioquin videatur voluisse facere actum frustratorium. Secus autem est, quando gratia in aliqua parte potest operari effectum sui, quia tunc dispensatio non inducitur

92 Ita declarat Oldradus in contrarium allegatus in d. conf. 32. num. 8. Atque hoc casu d. Constitutio Concilii Constantiensis bene potest effectum suum fortiri quoad Sacerdotes, qui ante excommunicationem in parochialibus Ecclesiis fuerunt canonicè intulati. Hi enim per excommunicationem postea incursum beneficii antea canonicè obtentis non sunt ipso jure privati, cap. Diligenti, de excepti. Imo nec sunt privati per sententiam, nisi per annum in communicatione inlorderint, cap. Rufus, 11. q. 3. glof. in cap. Cumbona, de stat. & qualitat. Hoc igitur casu licet Catholicis in vim dictæ Constitutionis suscipere sacramenta ab excommunicatis non denunciatis, quod ante Concilium Constantiense non licebat, cap. Significavit, juncto cap. Cum non ab homine, de sent. excommunic. Præterea in aliis etiam casibus eadem Constitutio operari potest effectum suum, ut dicitur in d. num. 103. usque ad n. 113. Unde nulla necessitas cogit inducendam dispensationem, aut revalidationem titulorum ut necessarium antecedens.

93 Nec adversatur auctoritas Gemin in contrarium citati d. conf. 88. col. 1. ver. Nec obstat si dicatur, quia ipse non loquitur de Constitutione Ad evitanda, de qua nunc agimus, sed de alia Constitutione edita in Concilio Constantiensi, per quam revalidantur collationes, & tituli eorum, qui in Conciliabulo Pisano tamquam adherentes Gregorio XIII. fuerunt depositi à suis dignitatibus, & damnati tamquam hæretici ad præscriptum cap. Excommunicamus, §. Credentes, de heret. Quo supposito, hæc Geminiani doctrina potest in oppositum retorqueri: nam idcirco in suo casu contra validitatem tituli non potuit obijci vitium hæresis, vel schismatis, quia à Concilio Constantiensi hujusmodi defectus specialiter sanatus fuit mediante revalidatione titulorum: Ergo contrarium dicendum est in casu præsentis, in quo Constitutio Ad evitanda, de titulorum defectu nullam facit mentionem.

94 Opponitur secundo quævis collatio dignitatum, & parochialium nulla sit respectu Episcopi, & Sacerdotis schismatici, quia Constitutio Ad evitanda, non intendit relevare, neque juvare sic excommunicatos, &c. Tamen videtur sustineri posse quatenus concernit favorem Catholicorum, nam, ut inquit Sayrus præleg. de censur. lib. 2. cap. 12. num. 13. Excommunicati retinent jurisdictionem in utroque foro respectu non excommunicatorum privilegio alieno, non proprio. Quemadmodum videmus tempore interdictionis quosdam famulos frui privilegio domini pro divinis officiis, iuxta textum in cap. Licet, de privil. in 6. Concubinam privilegio clerici, cap. Vos qui, 32. dist. & generaliter non privilegiantur in individuis potiri privilegio confortis; quod comprobatur pluribus exemplis, Felin. in cap. 1. num. 4. de prescr. & DD. in l. si communiem, ff. Quæmodò servit. amittat. & dixi latè

in cap. Cum propter, supra de inrepatronat. Ergo similiter esto beneficia, officia, & jurisdictiones collatæ hæreticis, & schismaticis sunt invalidæ; favore tamen Catholicorum non excommunicatorum in vim ejusdem Constitutionis, videntur posse dici subsistere etiam quoad usum; idque multo magis respectu Sacramenti Matrimonii, in quo Sacerdos ex sententia S. Congreg. Concilij non intervenit tamquam minister, ut in alijs sacramentis, sed tamquam testis autorizabilis.

95 Ad respondetur Concilium Constantiense habilitat excommunicatos ad illam tantum potestatem, & jurisdictionem in favorem non excommunicatorum exercendam, quam prius habebant, sed propter vinculum censuræ exercere non poterant: Schismatici enim, & excommunicati executionem habent ligatam nexibus juris, ut inquit hic Innoc. num. 2. Et hoc vinculum, & ligamentum dumtaxat Constantiensis Constitutio solvit habilitando Catholicos ad communicandum cum excommunicatis, etiam in administratione, & perceptione sacramentorum; sed novam potestatem, seu jurisdictionem intrusus non attribuit, nec dignitates, aut beneficia de novo contulit. Etenim cum Sedes Apostolica secundum venerabiles Sanctorum Patrum sanctiones in assumendis à Cathedralibus, & alijs majoribus Ecclesiis consecraverit exquisitas adhibere diligentias in examine, & inquisitione de natalibus, vita, ætate, doctrina, & alijs omnibus qualitatibus promovendorum, ut in cap. Cum in cunctis de elect. cum concord. & cap. 2. sess. 2. Concil. Trid. Præterea etiam relatione Cardinalis, & magna cum solemnitate in pleno Consistorio, ut habetur in cap. 1. sess. 24. & sit mortale peccatum præficere in dignos Episcopatus, ut illic patet, & docet S. Tho. in 2. 2. q. 63. art. 2. ad 3. Quis credat Martinum V. in Concilio Constantiensi sub in voluero verborum voluisse unica vice conferre Cathedralibus, Metropolitanas, & parochiales Ecclesias tunc & pro tempore vacantes omnibus Episcopis hæreticis, & schismaticis, qui in earum occupationem jam tunc de facto se intruserant, ac se intruderent in futurum, & constituit tot lupos animarum Pallores? Ad hoc quæ dicam infra in prima responsione ad quartam oppositionem nu. 129. Sed et si Martinus fecisset intrusus gratiam revalidationis titulorum, quod fallum est, & sic rehabilitasse titulos ad parochiales conferendas: hoc tamen esset intelligendum, dummodo illas conferret personis alijs habitibus, juxta textum in cap. 1. de atar. & qualitat. lib. 6. & dictum est supra num. 86. Nemo enim dixerit bigamum ab Episcopo provivum de parochiali Ecclesia ex vi ejusdem Constitutionis posse validè curam animarum exercere, & Sacramenta Catholicis administrare contra cap. unice de bigam. in 6. Cum Episcopi ne ad minores quidem ordines, vel beneficia simplicia possint cum eis dispensare, ut Sixtus V. declaravit ex sententia S. Congreg. Concilij. Et dixi in c. 2. supra de bigam. Et idem dicendum in proviso de parochiali ante annum vigesimum quintum, cum quo similiter Episcopi dispensare non possent obstitenti cap. Cum in cunctis, §. Inferiora, de elect. & d. cap. unico, de atar. & qualitat. lib. 6. Et idem de illegitimis, criminosis, aut corpore vitatis, ut ibi per glof. in ver. Canonium. Quo denique multis vigilijs, & laboribus à lacris Canonibus, & generalibus Conciliis exco-

96

excoꝑitatum est, non est credendum Concilium Constantiense unico verbo subvertere voluisse, ut legitur in cap. Electi, supra, il secundo, de elect. & in proposito notat Gemin. d. conf. 88. col. ult. ad fin. ver. Item cum Papa: præsertim verò quia in prædictis casibus etiam sacerdotes Catholici, & non excommunicati; cum titulum canonicum non habeant, non possunt alijs Catholicis sacramenta administrare: ergo longè minus id poterunt sacerdotes hæretici, & schismatici, aut excommunicati; ne alijs isti sint melioris conditionis, quam Catholici non excommunicati: unde fit ut Popones Rutheni, qui propter suam inhabilitatem carent titulo canonicò Parochialis Ecclesiæ nequaquam possint matrimonium solemnizare in favorem Catholicorum, cum hunc tituli defectum non supplet antedicta Constitutio: in quo non videtur ulterius immorandum, quia, ut dictum est, jam Sacra Congregatio declaravit matrimonium contractum coram parochio publico hæretico esse nullum si decretum Concilij Tridentini c. 1. sess. 24. de reform. matrim. publicatum fuerat in parochia, & lapsi erant triginta dies a die publicationis, alijs secus: nimirum quia cum propter hæresim careat titulo canonicò parochialis celebrationi matrimonij tanquam parochus interesse non possit, etiam in favorem Catholicorum: in ea enim decisione non agebatur de matrimonio hæreticorum, sed de matrimonio à Catholicis contracto coram parochio hæretico.

97 Præterea ego non percipio quomodo hæc validitas titulorum respectu Catholicorum tantum sit possiblis: nam Episcopi Græci dum conferunt schismaticis Parochiales Ecclesias, utique illas non intendunt conferre in favorem Catholicorum, quos cum eorum ritibus summo per exercerant, ut in cap. Licet Græcos, supra de Bapstis, sed illas intendunt conferre tantummodo in favorem suorum schismaticorum: ergo ab initio hujusmodi collationes sunt invalidæ, cum Constitutio Constantiensis non intendat in aliquo relevare ipsos excommunicatos; & consequenter possunt postea convalescere ex eo quod Catholici à se provisus petant, aut recipiant sacramenta, quia validitas tituli orti non potest esse posteriori facto privatorum, sed ad suum esse requirit canonicam institutionem, c. Beneficium, de reg. iur. in 6. Gemin. conf. 109. in princip. & cum collatio beneficij sit actus legitimus, non potest esse in pendenti, sed aut statim tenet, aut vitatur, cap. 2. de elect. lib. 6. & ibi not. glof. in ver. incerta, ver. Sed nunquid, dicens, post Compost. dispositionem illius textus procedere etiam in collatione beneficij: idemque tradunt ibi Archid. & Jo. Andr.

98 Opponitur tertio, si Concilium Constantiense in constitutione, Ad evitanda, non habilitat sacerdotes ad parochiales obtinendas: ergo in ea parte, in qua dat Catholicis facultatem recipiendi sacramenta ab excommunicatis, non poterit habere locum nisi in illis excommunicatis, qui ante censuram parochiales obtinuerunt: nam sola excommunicatio quamvis non privet beneficiis antea obtentis; tamen inhabilitat ad illa in posterum obtinenda, adeo ut collatio facta excommunicato sit irrita ipso jure, cap. Proposuit, & cap. Postulatus, de Cler. excomm. minijstr. & dictum est supra in 3. fundamenta, n. 3.

98 Quo vero ad hæreticos, & schismaticos nullo

casu poterit habere locum, quia tales non modo sunt inhabiles ad beneficia obtinenda, ut in cap. 2. §. Hæretici, de heret. lib. 6. sed etiam beneficiis ante hæresim, vel schisma canonicè obtentis sunt ipso jure privati, cap. Excommunicamus, §. Credentes, & cap. Ad abolendam, supra eod. tit. & est communis opinio, quam tenent Jo. Andr. Gemin. & Franc. n. 2. & reliqui omnes in cap. Ut commissi, §. Privandi, eod. tit. in 6. dum exponunt illa verba, vel privatos nunciandi, ut dictio, vel, flet expositivè pro idest, Abb. in cap. Inter dilectos, num. 11. de excessib. Prel. Castad. de off. 14. super regulis, n. 1. Rota de off. 707. lib. 3. p. 3. divers. Clar. in §. Hæresis, n. 16. ver. Item Clericus, ubi ex communi Doctorum sententia affirmat hæreticos, & eorum filios non solum beneficia, sed etiam omnem potestatem ecclesiasticam admittere, & solis filiis Catholicis ex consuetudine, & pietate relaxari beneficia At absurdum esse ut prædicta Constitutio non habeat locum nisi in provis de parochialibus ante excommunicationem; & nullo casu verificari possit in hæreticis, & schismaticis videtur suaderi posse considerationibus infra scriptis.

100 Prima consideratio est, quia ejusmodi Constitutio edita fuit ad vitanda scandala, & pericula, & subveniendum scientiis respectu excommunicatorum, in diuturno illo schismate à Gregorio XI. usque ad Martinum V. in quo diversi, qui se Pontifices prætendebant, censuras invicem creabant, Cardinales, Episcopi dependentes creabant, & beneficia suis fautoribus conferbant, ut patet ex historiis Conciliorum tom. 3. p. 2. pag. 742. & ex Conciliis, & Conciliabulis tunc habitis, & tradunt historici ad illa tempora per annos quadraginta ab anno 1378. usque ad 1417. ut Blond. de ad. 2. lib. 10. Platina in Urbano, & alij: & Italia a liquidibus faverat, alijs Galliarum, Sicilia, & Hispaniarum Regna.

101 Non satis ergo consultum fuisset timoratis conscientis, & obviam itum scandalis, & periculis diversarum provinciarum, si talis Constitutio intelligenda esset solum de ijs, qui post beneficia legitime suscepta inciderunt in excommunicationem cum plurimi essent excommunicati, & schismatici ante suscepta beneficia adherentes Antipapæ spatio annorum 40. per Hispaniam, Galliam, Germaniam, Italiam in parochialibus, & alijs beneficiis instituti, vel ab ipsis Antipapæ immediate, vel mediantibus Episcopis de novo creatis.

Secunda consideratio est, quia Constitutio non distinguit, sed universatiter loquitur respectu cuiuscumque, & prætextu cuiuslibet censuræ à jure, vel ab homine generaliter promulget: non ergo videtur distinguendum de censura ante, vel post beneficium, cap. Si Romanorum, 19. cap. Solita, de maior. & obed.

Tertia consideratio est, quia difficillimum fuisset populis hoc dignoscere, & observare in Gallia Germania, Polonia, Græcia, ubi permixtum Catholicis cum schismaticis, & excommunicatis degant: unde quoad communicationem indifferenter est usu recepta in illis Regionibus prædicta Constitutio respectu quorumcumque excommunicatorum, schismaticorum, & hæreticorum, ut testatur Navarr. & experientia ostendit.

102 Quarta consideratio quia non modo in Concilio Pisano, & Constantiensi admitti indifferenter fuerunt electi à Clem. VII. & Benedicto XIII. An. tipa.